



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Distinctio tertia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](#)

Magistri Durandi de

Dicitur quod qualis est duratio successiva & continua est durare tantum vel quantum. Et oia talia habent mensuram vniogeneam que est motus primus seu tempus, durationi autem que non est secundum rem quam vel extensam, sed solum secundum rationem, quia coexistit durationi quantam & extensem non conuenit secundum se nec per se durare tantum vel quantum, nec per consequens habet mensuram sibi vniogeneam per quam mensuratur esse tanta vel maior vel minor, quia nihil horum conuenit ei secundum se, sed solum secundum coexistentiam ad motum vel ad tempus, & tunc illud est mensura eius, vel habet eandem mensuram cum illo. Quod etiam additur quod illud cui competit est tantum quantum est aliud cui competit comensuratio. Si intelligimus sic per unum istorum sit mensura alterius, fallimur est, quia duorum pannorum equalium unus non est mensura alterius. Ad rationem enim mensuram non non sufficit quod aequaliter quantitat alterius, sed requiritur quod sit aliquid certius & notius, & quod per ipsum certificetur de quantitate mensuratur: unde dato quod esse duorum corruptibilium aequaliter in duratione, non tamen propter hoc unum est mensura alterius vel econseruo nisi per unum eorum tanquam per aliud notius certificare mundum de duratione alterius quod non contingit invenire inter corruptibilia, ut prius deducimus fuit.

17 Ad secundum dicendum quod tempus discretus est quantitas, & habet mensuram ad modum numeri, quia plures sunt durationes plurium corruptibilium quam vires, & haec pluralitas mensuratur unitate sicut & numero, sed non habet alia mensuram durationis secundum se, nec ratione suarum partium nisi secundum coexistentiam ad aliquam durationem quantam & extensem. Et tunc habet eandem mensuram cum ipsa pura tempus continuum, ut dictum fuit.

18 Confirmationem autem quod additur est magis ad oppositionem quam ad propositionem: quia quantitas discreta permanens non habet mensuram nisi unitate cuius replicatione mensuratur totus numerus, & idem est de quantitate discreta successiva, quia permanens & successuum in discretis ut discretas sunt non habent diuersas mensuras, sicut enim mensuratur unitate centenarius lapidum, sic centenarius intellectuorum sibi inuicem succedentium

19 A D Rationem principalem dicendum quod tempus continuum est per se mensura successiorum continuorum per accidens autem mensurat ea que successus coexistunt, quorum initium & finis extenduntur tempore, & sic esse generabilium & corruptibilium mensuratur tempore, ut patet quarto physicorum.

20 ARGUMENTVM in oppositum concedatur propter conclusionem, quamvis ex forma arguendi procedat ab insufficienti.

DISTINCTIO TERTIA. Sententia Tertia distinctionis in generali & speciali.

ECCE ostensum est. Superioris Magister determinavit de tempore & loco creationis angelorum, hic vero determinat de conditionibus ipsorum. Et diuiditur in tres partes. Primo determinat eorum conditionem quantum ad ea que in creatione receperunt. Secundo quantum ad conuerionem & aerationem postea asecurat. Tertio quantum ad ordines & officia. Secunda ibi, In principio, dist. post hoc consideratio. Tertia in principio, distin. ibi, Post praedicta. Prima diuiditur in tres. Primo determinat eorum conditionem vel qualitatem quantum ad dona naturalia. Secundo quantum ad dona gratuita. Tertio quantum ad dona perfecta. Secunda ibi, Illud quoq; inuestigatione. Tertia in principio, 4. distin. ibi, Post hoc videndum. Prima pars diuiditur in duas partes. Primo proponit qualia naturalia angelii receperunt. Secundo comparat eos ad inuicem quantum ad dona recepta. Secunda ibi, Hic autem considerandum. Et ita secunda diuiditur in quatuor partes. Primo comparat eos ad inuicem secundum differentiam, declarando per simile. Secundum removet quoddam dubium. Tertio comparat eos ad inuicem secundum differentiam, declarando per simile. Secundum removet quoddam dubium. Tertio comparat eos ad inuicem secundum conuentiam. Quarto excusat se a perfecta determinatione. Secunda incipit ibi, Et sicut differens visor. Tertia, & sicut in praedictis angelii differebant. Quarta ibi, Has distin. Illa pars qua incipit ibi, Illud quoq; inuesti-

Sancto Porciano

gatione dignum habetur, in qua determinat eorum qualitatem vel conditionem, quantum ad gratuita, diuiditur in tres. Ad cuius evidentiam sciendum est quod gratia tria facit, reddit bonam voluntatem, illuminat intellectum, & elicit delectationis actum. Et propter hoc ista pars diuiditur in tres partes. Primo determinat de honestate & malitia angelorum. Secundo de ipsorum cognitione, Tertio de ipsorum dilectione. Secunda incipit, Hic inquit soler. Tertia, soler autem inquiri. Prima in tres diuiditur, Primo mouet questionem. Secundo tangit circa hanc vnam opinionem & ipsam auctoritatibus confirmat. Tertio ponit aliam opinionem. Secunda incipit ibi, Putauerunt enim quidam. Tertia, alii autem videtur. Et haec tercia diuiditur in quatuor partes. Primo mouet opinionem. Secundo confimat eam. Tertio docet quomodo auctoritates contrarie foluantur. Quartò hanc opinionem confirmatam concudit. Secunda ibi, Et ad hoc confirmandum. Tertia ibi, Ideoque Aug. Quarta, ex predictis igitur. Haec est divisionis in generali.

21 IN SPECIALE sic procedit Magister, & proponit primo quod quatuor circa qualitatem angelorum sunt consideranda quae accepérunt in principio, scilicet essentia simplicitas, distinctio personalis, vigor cognitionis, & libertas arbitrii. Prima duo pertinent ad substantiam. Tertium ad formam. Quartum ad potestatē. Postea dicit quod differentem habent simplicitatem & differentem cognitiam onem secundum magis & minus, sicut enim quidam corpora digniora forma & essentia receperunt quam alia, sic & quidam angeli simpliciorem & perspicaciorem cognitionem habent quam alii. Deinde dicit quod sicut differunt naturā accepérunt, sic sequitur in eis differenter cognitionis & differentia liberi arbitrii secundum magis & minus, nulla superfluitas in natura, nulla ignorātia in intellectu, nulla necessitas in eorum libero arbitrio intelligatur. Postea dicit quod omnes cōueniunt in natura & simplicitate in generabilitate & corruptibilitate. Ultimum dicit quod eorum distinctiones solus ipse comprehendit qui eos creavit. Deinde proponit primo, vtrum angelii sint creati bona in malo. Et verum aliquid mora fuit inter creationem eorum & lapsum. Deinde ponit vnam opinionem quorundam circa hoc dicentium angelos malos creatos & nullam moram fuisse inter creationem & lapsum, & hoc confirmant cum auctoritate Domini dicentes in Job, diabolum fuisse hominem ab initio, & in veritate non stetit auctoritate Job, qui dicit diabolum esse initium figmenti dei ad illudendum ei, qui erant dicunt angelos qui perfiditer fuisse creatos perfectos & bonus, quorum vtrunque confirmat auctoritate Aug. Postea ponit contrariam opinionem quae dicit angelos creatos fuisse bonus & iustos quantum ad carnem culpam. Sed in bono iustitia per gratiam non confirmatos, & aliquam moram fuisse inter creationem & lapsum. Deinde hanc opinionem confirmat auctoritate Aug. super Gen. qui facit talēm rationem, quia à creatore optime non potuit mala creatura fieri, & si malum angelum fecisset Deus in eo malitiam non puniret, nec fecisset omnina valde bona. Postea solvit contrarias auctoritates dicentes, quod diabolus dicitur fragmentum, quia praevidit Deus ipsum lapsum, & ordinavit quāta bona ex malitia ipsius bonis secuta sunt, quia ipsi ex eius tentatione proficiunt. Subdit etiam quod diabolus dicitur in veritate non sterife, quia à veritate cecidit a qua non cecidit si malus creatus fuisse: fuit enim creatus bonus ab initio, sed fratim post initium temporis apostatauit & seipsum occidit. Vel dicitur diabolus homicida ab initio creationis hominis & per iniuriam fallaciter seducendo occidit. Et hanc opinionem confirmat per auctoritatem Origenis. Deinde post istam opinionem sic confirmatam concludit dicens, quod angelii ab initio cognoverunt Dominum, & se & creaturas, & aliquam notitiam boni & mali haberunt. Ultimum autem dicit qualem dilectionem habuerunt dicens, quod naturali dilectione deum & se diligebant, non tamen merito, quod a multis non tenetur. Et in hoc terminatur sententia in speciali.

QVÆSTIO PRIMA.
Vtrum angelii sint compositi ex materia
& forma.
Tb. I. q. 50. art. 1.

Circa

Lib. II. Distinctio. III.

Circa distinctionem istam queruntur quatuor. Primum est de angelorum simplicitate. Secundum est de eorum personalitate seu individualitate. Tertium est de eorum multitudine. Quartum est de eorum cognitione. Quantum ad primum queritur, utrum angeli sint compositi ex materia & forma. Et arguitur quod sic, quia substantia dividitur in materiam & formam compositum, sed angelus non est materia, quia esset solum potentia. Nec forma cum illa sit altera pars compositi, ergo est compositus.

2 Item illud quod est per se in genere est totum compositum (quia materia & forma non sunt in genere nisi per reductionem) sed angelus est per se in genere, ergo est compositus.

3 Ita Aug. dicit lib. de mirabilibus sacrae scripture, qd Deus omnipotens ex informi materia quam prius de nihil condidit cunctarum rerum sensibilium & insensibilium intellectu carentium species multiformes diuisit, ergo materia est in cunctis creaturis, quare & in angelis.

4 IN contrarium est quod dicit Dio. 4. dist. de no. qd angelus sunt omnino immateriales & incorpores. Et hoc etius in lib. de duabus naturis, quia natura incorpore substance nulli innititur materia fundamento. Constat autem qd angelus est naturae incorpore, quare &c.

5 R E S P O N S I O . Circa questionem videnda sunt duo. Primum est, utrum angelus sit compositus ex materia & forma. Secundum est, utrum sit compositus ex genere & differentia.

6 Quantum ad primum, probant aliqui angelum non esse compositum ex materia & forma duplci ratione. Prima sumitur ex conditione operationis. Et est talis, illud cuius propria operatio est per se intelligere non habet materiam partem sui, sed angelus est bivius modi, ergo &c. minor patet, maior probatur. Ad cuius evidenter sciendum est qd substantia materialis non conuenit intelligere non solum propter quantitatatem, sed propter potentialitatem & imperfectionem materie, quod ex hoc patet quia in corporibus suis in corporalibus subiectis illud quod est magis materiale & imperfectum & potentiale magis est remotum a cognitione, unde corpora inanima, vel insensibilia non possunt habere maiorem cognitionem propter maiorem potentiam & materialitatem. Ex quo potest accipi maiorista, qd illud cui conuenit nobilior modus cognoscendi qui potest esse oportet omnino esse liberum ab eo quod est pura & ab omni materia quae sit simpliciter materia & pura potentialitas, sed illud cui conuenit intelligere est huiusmodi, quia licet in intelligendo sunt diversi gradus, comparando tamen generales modos cognoscendi, intellegere est nobilior modus, quare &c.

7 Secunda ratio talis est, anima non habet materiam partem sui, ergo nec angelus, consequentia patet, quia perfectio est angelus qd anima. Antecedens supponatur nunc, quia probatum fuit sufficienter in lib. lib. dist. 5.

8 Ita rationes non cocludunt. Quod patet de prima sic, Operatio enim intelligendi dictur alicuius esse dupliciter. Uno modo sicut suppositi operari. Altero modo sicut principii elicentis, vel immediate sufficiens. Primo modo est falsa, maior propositione que dicit qd illud cuius intelligere est propria operatio non habet materiam partem sui, quia homo est quod intelligere ut suppositum eius operatio est intelligere, & tamen homo habet materiam partem sui. Secundo modo vera est, quia illud quod est principium elicendum, vel suscepitum actus intelligendi non habet materiam partem sui. Et haec in homine est anima intellectiva cum sua potentia. Similiter potest dici qd angelus est illud cuius operatio est intelligere ut suppositi operantis. Et ob hoc non oportet quod sit compositus ex materia & forma sicut & homo. Sed angelus non est principium elicendum, vel suscepitum operationis intelligendi secundum se totum, sed forma eius quae non habet materiam partem sui, sicut nec anima in homine.

9 Ad secundam rationem dicendum negando consequentiam, nulla enim est consequentia sic arguere, pars speciei non est composita, ergo neq; species, cum ergo anima rationalis sit pars speciei & non completa species, Angelus autem est quid completum in specie, nulla consequentia est si anima non est composita ex materia & forma quod angelus non sit compositus eadem compositione.

Quæstio I.

136

10 Tenendo ergo eandem conclusionem probo ea duplci Princo. Si angelus est compositus ex materia & forma aut illa forma est separabilis a materia, aut non, si sit separabilis, angelus erit corporalis, quod negatur ab omnibus. Si non sit separabilis, Contra, forma quae est separabilis, est perfectior quam illa quae non est separabilis, quia minus dependet. Sed anima quae est forma hominis est separabilis a materia, forma autem angelii (vt tu dicas) non est separabilis, ergo perfectior & nobilior erit forma hominis quam forma angelii, ergo homo erit perfectior angelio. (Quia perfectio rerum mensuratur secundum perfectionem formarum) hoc autem est inconveniens, quare &c.

11 Secundo sic, illa substantia quae non habet aliquam cognitionem, præter intellectuam non indiget materia quocunq; modo, nec vt parte, nec vt subiecto, sed angelus non ponitur habere cognitionem nisi intellectuam, ergo non habet materiam quocunq; modo. Minor supponitur ab omnibus communiter loquentibus, & posset probari, quia nulla cognitionis superior est intellectuam, nec est alia quia ea inferior nisi sensitua. Sensitua autem non est nisi in organo corporis ex contraria quod est corporale, & ideo repugnat angelo cum sit incorporalis, nullam ergo cognitionem habet angelus nisi intellectuam, & hoc fuit maior. Maior probatur, quia cum materia sit propter formam ut dicitur, phy. forma nunquam vnitur materia, nisi indigat ea quo ad esse, vel quo ad operari, forma autem angelii si quae effet ut pars non indiget materia quo ad esse nisi ponetur angelus corporalis, vt prius dictum est, nec quo ad operari, quia operatio intellectuam quae est propria angelii non indiget materia vt subiecto, quia hoc modo nullum intelligere indiget materia vel corpore. Si autem indiget ea ut obiecto, necesse esset quod angelus haberet aliam cognitionem inferiorem intellectuam per quam representaretur sibi suum obiectum, sicut per phantasiam representatur intellectui nostro obiectum, quare &c. & sic patet primum.

12 Circa secundum (scilicet an in angelo sit compositio ex genere & differentia) Notandum qd differt est in genere, & esse compositum ex genere & differentia. Ad hoc enim qd aliquid sit genus, vel in genere sufficit qd sit limitatum re & ratione. Genus enim, vel esse in genere important quandam limitationem, etiam ex suo nomine. Vnde deum qui est illimitatus re, & ens in eodem quod est illimitatum ratione non dicimus esse generem, nec esse in genere. Istud autem non sufficit ad hoc qd aliquid sit compositum ex genere & differentia, sed requiritur qd sit compositum ex partibus facientibus unum per essentiam, in simplicibus enim sive substantiis, sive accidentibus non est propriæ differentia.

13 Quod patet primò, quia differentia praedicatur de specie in qualitate, sicut apparet ex ipsa ratione differentiae quam assignat Porphyrius, & Philosophus, metaphys. Sed illud quod dicit totum rei naturam nullo modo potest praedicari in qualitate, sed praedicatur in quid. ergo differentia non dicit totum quicquid dicit species, sed partem. Hoc autem non potest esse in simplicibus, ergo in simplicibus non est dare differentiam.

14 Secundò, quia quando conceptus sunt eiusdem rei simpliciter, & æquè determinati sub indeterminato conceptu generis qua ratione unus eorum est etiam conceptus speciei, eadem ratione & aliis, sed in simplicibus conceptus speciei & differentiarum constituentis speciem (si quae esset) essent eiusdem rei omnino, nec differentia ut totum & pars, essent etiam æquè determinata, ergo qua ratione unus esset conceptus speciei, eadem ratione & aliis. Et ita differentia iam non est differentia, sed species, quare &c.

15 Tertiò, quia in compositis aliud est quod differt, & quo differt, quod constituitur, & quo constituitur. (Simplicia autem se ipsi constituantur, & se ipsi differunt.) Cui igitur differentia sit qua species sub genere constituitur, & ab alia specie distinguuntur, patet qd differentia in compositis habet locum, non autem in simplicibus. In huius signum nullus assignavit unquam differentias accidentium, nec assignavit definitionem que est ex genere & differentia, nisi in substantiis compositis. Ex hoc apparatur secundum positum, scilicet quod angelus licet sit in genere, quia

Magistri Durandi de

Limitatus est re & ratione, nam non est propriè cōpositus ex genere & differentia, cum sit substantia simplex.

16 A D Primum argumentum dicendum quod illa diuisio substantie in materiam, formam, & cōpositum est substantia materialis & transmutabilis, quia per transmutationem illa tria innoscunt, materia quidem ut subiectum, forma ut terminus, & cōpositum quod resultat ex hoc quod per transmutationem forma sit in materia. Sed substantia absolutè accepta prout consideratur à metaphysico non corpore hendiuit sub illis membris, quia est dare substantiam simplicem per se substantem, que non est pars alterius, nec ex alteris cōposita, ut probatur. **17** Ad secundum argumentum patet per idem.

18 Ad tertium dicendum quod Aug. frequenter sequi videtur opinionem illorum qui posuerunt angelos habere corpora & per consequens oportet quod dicat angelos esse cōpositos ex materia & forma non ex intentione hoc afferendo. Sed secundum opinionem aliorum loquendo.

Q V A S T I O S E C V N D A .

Vtrum personalitas seu individuatio com-

petat angelis.

Thom. i. q. 3. ar. 2. ad tertium. Vide Capitulum.

Circa secundum sic proceditur. Et videtur quod personalitas seu individuatio non competit angelis, quia forma individuatur per hoc quod recipitur in materia signata. Sed angelus est forma subsistens per se absque materia: ergo ei non competit esse individuum.

2 Itē Plato formas quas posuit separatas dicit esse singulares. Sed angelis sunt formae à materia separate, ergo &c.

3 IN Oppositum est, quia actiones sunt singularium, angelii aliqua agunt, ergo &c.

4 Item secundum Boëtium quicquid est, ideo est, quod vno numero est.

5 R E S P O N S I O . Huic questioni p̄mittendum est vnum, scilicet quod hoc individuum, suppositum & persona aliquo modo sunt idem, & aliquo modo differunt, qualibet enim natura singularis in quoconque genere sit, potest dici individua: suppositum autem non dicitur nisi natura singularis in predicamento substantie, nec quicunque talis, sed solum completa, persona dicitur illud idem in natura intellectu: solum, ergo omnis persona est suppositum, & omne suppositum est individuum. Sed non omne individuum est suppositum, nec omne suppositum est persona.

6 Nunc ergo tractabitur quæstio secundum illud quod est cōmuni, scilicet quod sit principium individuationis tam in materialibus & in immaterialibus. Et sunt de hoc duæ opinions. Prima est quod materia est primum & per se principium individuationis in habitentibus materialiis. Cuius ratio est, quia illud quod de se est, individuum videtur esse alia causa individuationis. Sed in materialibus materia est de se individua, ergo &c. Maior patet, quia quod secundum se est tale puta calidum, videtur alia esse causa calidatis. Et similiter in propositione nostro, quia quod secundum se individuum est, videtur esse causa individuationis in aliis. Minor probatur, quia illud est individuum, quod de se non est aperte natu' esse in multis, quæadmodum per oppositum vniuersale dicitur quod est aptum natu' esse in multis. Sed sola materia in rebus habitentibus materialiis est huiusmodi, ipsa enim sola (ex hoc quod est primum subiectum) habet quod non sit in alio, sed alia sunt in ipsa, ergo ipsa de se est individua. Alia autem individuantur quarent recte piuntur in ipsa sicut forma substantialis & accidentalis. Per eandem rationem forma que in alio non recipitur (vt angelus) secundum se est individua, & vna numero. Nec est huius alia causa querenda, cum prædicatum claudatur in ratione subiecti.

7 Qui sic dicunt falluntur æquinoctiatione, nam non esse in aliquo vno vel pluribus, multipliciter dicitur, sicut esse in aliquo multipliciter dicitur. Est enim in aliquo est duplex. Vno modo per inherētiā ut albedo est in corpore. Alio modo per identitatem & essentialē prædicationē ut homo in Sorte. Est in pluribus primo modo, scilicet per inherētiā, non est de ratione vniuersalitatis. Tum quia secundum hoc substantiæ completa, quæ non habent esse in alio per inherētiā non possunt habere rationē vniuersalitatis generis, aut speciei, & sic periret prædicamentum substantiæ in quo sunt per se substantiæ cōplete. Tum quia

Sancto Porciano

si esse in multis per inherētiā esset de ratione vniuersalitatis, esse in uno solo esset de ratione individui & singulares. & sic materia cum in nullo sit per inherētiā, nec in uno nec in pluribus posset habere rationē vniuersalitatis aut singularis. Cuius oppositū assumunt, relinquitur ergo quod esse vel non esse in aliquo vno vel pluribus per inherētiā nihil facit per se ad hoc quod aliquid sit vniuersale vel individuum, seu singularē. Ex quo tamen sensu procedit haec opinio. Est autem in pluribus per realē identitatem, & dici de pluribus per prædicationem essentialē est de ratione vniuersalitatis. Sic enim vniuersale est vnu in multis, & per oppositū individuum vel singularē est in uno solo, & dicitur de vno solo. Isto autem modo non plus cōuenit materia esse in uno solo, nec plus repugnat ei esse in pluribus & dici de pluribus quām formē, sicut enim forma vel albedo dicitur de hac, & de illa, & est in illis per modum quo vniuersale est in singularibus, si etiam materia dicitur de hac, & de illa, & est in illis per modum quo vniuersale est in singularibus, patet ergo quod haec opinio procedit æquioce.

8 Alia est opinio quod in materialibus quātitas est principium individuationis, substantia vero separata seip̄s individuantur. Primum patet sic, quia per illud constituitur aliquid in esse individui per quod distinguuntur ab alio individualiū eiusdem speciei, sicut per idem constituitur aliquid in specie, & differt ab eis que sunt alterius speciei. Sed vnu individuum differt ab alio eiusdem speciei primō per quantitatē, ergo quantitas est primū principium individuationis. Maior patet, sed minor probatur, quia deo individua: rūa eiusdem speciei nō differunt in quiditate seu natura cōmuni, sed magis conuenient, & per consequētē nō differunt per materia & formā absolute, quia haec sunt partes quiditatē cōmuni, & ponuntur in distinctione, differunt autē per hanc formam, & hanc materialē, sed forma non est haec nisi quia recipitur in materia signata, materia autem signatur per quantitatē, ergo per quantitatē primō differunt individua eiusdem speciei: ipsa igitur est principium principium individuationis. Et confirmatur, quia per illud individuat̄ur forma per quod haberet quod nō sit multū cōmunicabilis, sed hoc haberet ex eo quod recipitur in materia signata dimensionibus determinatis, ergo &c. Sicut autem forma materialis haberet quod sit incommunicabilis per hoc quod recipitur in materia signata, sic forma vel potius substantia separata à materia à seip̄s habent quod sit incommunicabiles pluribus, & ideo se ip̄s sunt singulares & individua.

9 Hec autem positione deficit in se & in suis rationibus. In se quia dicit quantitatē esse primū principium individuationis, quia substantia naturaliter prius est accidētē. Sed cōpositum ex materia & forma subiectum est quantitas non solum secundum rationē & intellectū qui facit vniuersalitatem in rebus, sed potius secundum esse in re extra secundum quoniam quod est singulare & vnu numerō, ergo cōpositum ex materia & forma prius est hoc aliquid, & vnu numero (saltem ordine naturae) quām sit quantum, non ergo primum principium individuationis est quantitas, imo nec principium, cum sequatur substantiam iam individuum existentem secundum ordinem nature. Et loquor de quantitate quæ inest rei facta de qua procedit prædicta opinio.

10 Itē quantitatē esse principium individuationis & signatiōis materie aut intelligitur per se & intrinsecē ita quod quantitas sit de ratione individui & materia signata, aut solum concomitatiā, quia individuatio & signatio substantiæ concomitant signationē quantitatis, est item vnu non de ratione alterius. Primum non potest dici, quia sub natura cōmuni est dare aliquod suppositū vel individuum per se, non enim potest dici quod omnia sint per accidētē. Cū omne per accidētē reducat̄ ad aliquod per se. Sed si quantitas est in intrinsecē de ratione individui, vel materie signata nullum suppositum est per se, quia quodlibet includeret res diuerſorū generum ex quibus non potest fieri vnu per se, quare &c. Sequuntur igitur quod suppositum in materialibus (vt Sortes) non est ens per se, nec vnu per se, nec in prædicamento substantiæ, sed in duobus (vt homo albus) nec ista est per se. Sortes est homo, sicut nec ista, homo albus est homo

Lib. I. Distinctio, III.

homo, nec esset aliqua generatio per se, generationes enim sunt singularium & non vniuersalium, quæ omnia sunt inconuenientia.

11 Si autem quantitas non sit de ratione individui per se & intrinsecè, sed cōcomitatiū scilicet, quia non individuiatur substantia materialis nisi precedente individuatione quantitatis. Contra, quia aut illud intelligeretur de quantitate quæ manet in substantia, aut de ea quæ in generatione substantia precedet in subiecto quod transmutatur ad formam, non potest hoc intelligi de quantitate quæ manet in re facta, quia omni accidenti p̄t intelligitur substantia subsistens. Sed quantitas accidentis est substantia, ergo p̄t intelligitur ei substantia subsistens, hec autem sunt individua & singularia, quare &c.

12 De quantitate autem quæ precedit in subiecto transmutationis existimant quidam quod sit principium individuationis quia illud est principium individuationis, per quod differt individuum ab individuo. Sed hoc est quantitas quod fieri * & accidentaliter, sed non quod esse, & intrinsecè, ergo &c. Minor probatur, quia individuum non differat ab individuo in eadem specie, nisi contingat etiam plura esse. Ad hoc autem p̄t exiguntur quantitas, quia materia non posset suscipere diversas formae iusdem speciei, nec simul nec successivè nisi mediante quantitate secundum medium in transmutatione non secundum medium in eisdem formis.

Nam sicut esse sub forma sanguinis dat sibi speciem potentiam ad formam speciem in transmutari, ita esse sub quantitate dat sibi generaliter respectu plurimorum recipiendorum simul vel successivè.

13 Sed istud non videtur, quia aliud est principium individuationis & aliud est causa & principium quare materia potest esse sub pluribus formis. Eto enim quod materia non posset esse nisi sub una forma nec simul, nec successivè, nichilominus adhuc esset dare individuum in illa natura, non enim existet vniuersaliter sed singulariter. Licer ergo quantitas precedens in subiecto quod transmutatur sit causa purificationis individuum sub eadem specie in his duxit que per agēs naturale producuntur, quia in aliis fortè non est verum, non tamen propter hoc est principium individuationis, quia accedit individuo in quantum huiusmodi quod sub eadem natura sit aliud individuum cum quo conueniat, vel a quo diffaret. Verum est igitur quod vis cōtingit esse plura individua sub una specie per illud differt unum ab alio per quod constituitur in se ipso. Sed non cōtinetur, ut omne illud sit de constitutione individui, etiam accidentaliter * & non intrinsecè, quod requiritur ad hoc ut differat ab alio individuo sub eadem specie, quia ad hoc p̄t exiguntur illud quod est causa multiplicationis sine quo tamen vere maneret ratio individuationis. Sic igitur deficit haec opinio in te, deficere erit in suis rationibus parebit soluendo eas in fine.

14 Dicendum ergo quod nihil est principium individuationis nisi quod est principium naturæ & quidditatis. Quod apparet primo sic. Eorum quae sunt idem in quantum huiusmodi sunt eadem principia, sed natura vniuersalis & individua seu singularis sunt idem secundum rem, differunt autem secundum rationem, quia quod dicit species indeterminatae individuum dicit determinare, quod determinata & indeterminata sunt secundum esse & intellectum, vniuersale enim est vnum solum secundum conceptum. Singulare vero est vnum secundum esse reale. Nam sicut actio intellectus facit vniuersale, sic actio agentis natura lis terminatur ad singulare, ergo eadem principia secundum, & differentia solum secundum rationem sunt quidditatis & individui.

15 Secundo quia illud quod conuertitur cum ente & de eiusdem p̄dicitur non dicit aliquid additum super ea de quibus dicitur. Sed est individuum conuertitur cum ente accepto secundum esse reale. Nihil enim existit in re extra nisi individuum, vel singulare, ergo esse individuum non conuenit alicui per aliquid sibi additum. Sed per illud quod est. Per quid ergo est fortes individuum: per illud per quod est existens, & haec sunt extrinsecè finis, & agēs cuius producere singulare, sicut & ipsū singulare est. Sicut enim actiones sunt singulariū ita ad singularia terminantur. Intrinsecè sunt haec materia, & haec forma.

Quæstio III.

Quod si quæras per quid forma est haec? dico quod per illud per quod est in re extra & hoc est extrinsecè agens. materia autem cōcomitatiū inquitū forma purè materialis sine materia non existeret. Idem dico de materia nisi quod sua individuatione plus dependet a forma quam ex eo se est, quia forma magis est ratio effendi materia quam ex eo se est, substantia autem separata nullo modo intrinsecè individuatur nisi si seipsum. Et est hoc intelligendum quod si natura communis pluribus suppositis est in eis una secundum rem quemadmodum in diuinis, oportet tunc præter naturam communem & eius principia querere aliud quod est principium constitutum suppositum quemadmodum in diuinis relatione, eo quod in natura communis non differunt supposita. Sed nūc cum natura communis diversis individuis sit solum una secundum rationem, & diversa secundum rem. Non oportet præter naturam & principia naturæ quæ rere alia principia individui sed eadem (ut sunt existentia) sicut natura communis & individuum solum differunt ut concepta & existentes.

16 Ex hoc apparet responsum ad rationes secundae opinionis. Quod enim primo dicitur quod individua eiusdem speciei non differunt in quidditate, vel natura communis, verum est ut accipitur secundum absolutam eius rationem. Sed in ea sic accepta conueniunt quæ tamen conuenientia est solum secundum rationem sicut & unitas naturæ secundum speciem est solum unitas rationis. Sed in natura & quidditate accepta secundum realem existentiam differunt & in principiis naturæ consimiliter acceptis. Et haec sunt haec materia & haec forma. Et quod subditur quod forma non est haec nisi quia recipitur in materia signata. Materia autem non significatur nisi per quantitatem, falsum est. Nam forma per seipsum intrinsecè est haec, & non per hoc quod recipitur in materia, nisi cōcomitatiū, quia quod sit haec non habet in materia nisi forte sit forma separabilis ut anima. Signatio autem materie quæ dicitur haec non est per quantitatem, sed cōpetit ei per aliquid sui generis sicut quod sit ens & unita. Signatio vero quæ dicitur tanta puta bicubita, vel tricubita, bene cōpetit materie per quantitatem. Sed haec signatio non facit eam individuam, sed supponit.

17 Ad secundum patet per idem.

18 E T similiter ad primum principiale.

19 Ad aliud dicendum quod Plato errauit si intellexit formas separatas esse vniuersales prædicatione, præter errorem qui est in ponendo eas separatas esse a rebus. Et quārum tum ad hoc reprobatur ab Arist. in pluribus locis.

Q VÆSTIO TERTIA.

Vtrum possint esse plures angelii sub una specie.

Tho. I. q. 50. ar. 4. de Palude m. 4. d. 43. q. 3.

Circa tertium videlicet pluralitatē angelorum quæ runt duo. Primum est, vtrum possint esse plures angelii sub una specie. Secundum est vtrum angelii sint in aliis quod magno numero. Ad primum sic proceditur. Et videtur quod plures angelii non possint esse sub una specie, quia differentia secundum formam est differentia secundum speciem, sed duo angelii non habeant materiam differentem necessaria secundum formas suas, ergo necessario differunt secundum speciem, sed ea quæ differunt secundum speciem esse sub eadem specie implicat contradictionem, ergo &c.

2 Item Deus & natura nihil faciunt frustra (ut habetur primo colij) sed si essent plures angelii in eadem specie essent frustra, ergo &c. Minor probatur, quia purificatione individuum sub una specie est propter coferationem speciei. Sed in incorporalibus (quales sunt angelii) species potest semper in vno coherari, ergo frustra essent individua plura sub tali specie.

3 IN CONTRARIUM arguitur quia de ratione speciei est quod predictur de pluribus differentiis numero actu, vel salte aptitudine, cum autem angelii sint in genere & specie, ergo in eis sunt vel esse possunt plures eiusdem speciei. Maior patet ex definitione speciei quæ ponit Porphyri. Et propter aliud quia ad plura se extendit conceptus vniuersalis quam singularis. Sed hoc non esset nisi conceptus vniuersalis est plurius secundum actum, vel aptitudinem. Minor de se manifesta est, ergo &c.

4 Item Deus potest annihilare aliquem angelum quia (ut aduersa dicit) solus est in illa specie. Speciem autem illa-

S. con

* alias fieri
antecedens

g. sequen.
num. 10.

* alias an-
tecedenter

Magistri Durandi de

constat q̄ Deus potest reparare creando angelum aliquē sub ea sicut à principio fecit. Sed nō videtur necessario q̄ reparando speciem iterato recreet angelum nihilatū, nec forte est possibile, repararet ergo creando alium angelū, ergo falso successiuē possumus esse plures angelū sub una specie. Et per eandē rationē vt videtur, possunt esse plures simul. Cūm nō habeant inter se oppositionem impediens rem nec successionis necessarium ordinem.

S E C O N D U M P R O P R I O M. Hic est vnum praeintelligendū, sc̄ quando effectus dependeret solum ex una causa tota posibilitas vel impossibilitas illius effectus dependeret ex conditione & possibilitate cause. Entitas autē angelorum, & per consequens vnitatis & pluralitas immediate & solum dependet à causa prima. Et ideo tota possibilitas vnitatis & pluralitas angelorum, in una specie arguenda est ex natura potentiae diuinae. Potentia autē diuina se extendit ad omne illud quod non implicat contradictionē (vt ostensum est in i. lib.) Et ideo inquirendum est vtrū angelos plures esse sub eadē specie implicet contradictionē.

E T D I C U T A L I Q U I Q U A S I C , per rationem, qua tacta est in opponendo, scilicet q̄ differentia secundū formā, est differentia secundū speciem, qua alii sic confirmant, sicut differentia secundū formā, quando non accipitur secundū absolutū rationē formē, sed secundū q̄ hæc forma nō facit differentiam specificam, sed numeralem, sicut differunt duas animas, & duas quantitates separate: tamen differentia secundū absolutam rationē formē facit differentiam specificam. Illud enim à quo differt linea secundū absolutam rationē lineā, oportet esse non lineam. Sed differentia formarum totaliter separatarum à materia vt sunt angelī solum potest esse secundū absolutam rationē formē, ergo &c. Proba minorem. Omnis forma continēt se multa, habet quandam latitudinem, que potest esse duplex, vel secundū diversū gradus formales, quorum unus secundū se est nobilior & perfectior altero. & hæc est latitudo generis, sub quo sunt diversi gradus specifici & formales, sumptū secundū absolutam rationē formē. Alio modo sumuntur hæc latitudo secundū plurificationē numerale in eodem gradu. Prima latitudo conuenit formis secundū suam rationē absolutē acceptam. Sed secunda non potest hoc modo eis conuenire, faceret enim differentiam specificam. Er ideo oportet quod forma cui conuenit hæc latitudo includat vel importet aliquid quod sit extra absolutam rationē formē, & illud est aliquis imperfectio & potentialitas. Sic enim plurificari videtur esse imperfectio, & potentialitas. Nam forma quæ est actus purus (vt prima causa) nō potest plurificari. In formis autem vtrū si dicunt, non potest esse nisi duplex imperfectio, vna quantum ad gradus formales, secundū quod vna est in grade formaliter, & alia. Alia in quantum forma nata est habere rationē partis secundū rem, sicut forma substantialis vel accidentalis pars est composita, vel sicut quantitas minor nata est esse pars quanti maioris. Et ista potentialitas per quam forma nata est, esse pars compositi dat anima & cuiilibet forma substantiali & accidentali quandam latitudinem vt possit plurificari numero secundū eundem gradum. Etiam dato quod non informat actu subiectū, & quia essentia angelī non est forma quæ sit vel esse possit pars alicuius compotiti. Ideo in angelis non potest accipi differentia, nisi secundū specificā rationē formē, que facit differre secundū speciem.

T H E O R Y Hæc autem opinio fatetur q̄ differentia secundū formā, & non secundū absolutam rationē formē, sed secundū quod hac forma facit differentiam numeralem, & non specificam, & istud est concedendum, quia verum est. Ominus enim differentia est per formam sive per actum, per materiam enim, quæ est pura potentia, res nō possunt ab invicem differre, nec separari à materia, cum (materiam non habeant) nec materiales. Cuius ratiō est, quia differre supponit esse. Et proportionabiliter differre actu supponit esse actu, per materiam autem nihil habet esse actu, sed tātum per formā. (Quilibet enim res composita ex materia & forma per materiam quidē habet, q̄ posset esse vel nō esse, per solam autem formā habet quod sit actu) igitur nulla differentia est per materiam, sed solum per formam in habentibus formam & materiam. In

Sancto Porciano

his autem quorū vnum habet materiam, & aliud est sine materia, potest esse differentia penē materiam secundū affirmationē & negationē, quia vnum habet & aliud non habet. Sed in habentibus materiam tenet quod dictum est. Concedamus ergo illud quod est verum in predicta opinione, videlicet quod differentia secundū absolutam rationē formē est specifica: differentia autē formae à forma secundū quod hæc & vna sunt singularis est numeralis solum.

S E C O N D U M P R O P R I O M. Quod autē additur, q̄ in substantiis separatis non potest esse differentia, nisi secundū absolutam rationē formē, negandum est. & cum probatur, quia latitudo formae per quam competit ei, q̄ possit multiplicari secundū numerū est imperfectio, & potentialitas formae per quam potest esse realis pars alicuius totius. Dicendum q̄ nō est vere. Si enim loquamur de partialitate, secundū quā forma subtilitas vel accidentalis est pars cōpositi ex materia & forma, vel ex subiecto & accidente. & ex ea assigne tur causa plurificationis numericalis, ac per hoc negetur talis plurificationis separatis, petitur principiū, & nihil probatur. idem enim est dicere q̄ sola forma, que est altera pars cōpositi plurificatur numericaliter, & quid subtilitas simplex per se subsistens nō plurificetur numeraliter, vel vnu includitur in altero, & ideo assumere vnu ad aliud concludendum sine probatione est petere principiū. Et si dicatur q̄ talis plurificationis venir ex imperfectione formae, verū est, sed non ex illa q̄ pars est, sed ex alia cōnuniore (vt potest dicetur). Si autē loquamur de partialitate, secundū quam minor quantitas potest esse pars maioris quantitatis nō potest ex ea reddi causa plurificationis numericalis.

A D C U I S EVIDENTIĀ EST SCIENDUM QUOD SI NATURA SPECIEI ESSET PRIUS VNA SECUNDŪ NUMERŪ, & postmodum diuidetur in plures secundū numerū, quemadmodū lignū diuiditur in plura ligna quorum quolibet est hoc lignū nullus dubitet quoniam esse principium huius plurificationis. Cū ratio quanti sit q̄ dividatur in ea quæ insunt (vt dicitur, Metaph.) Sed nō sic diuiditur natura communis in individua, ratiō prius si vna secundū rem, sed solum secundū rationē, in modo nec propriū diuiditur in plura individua, sed potius vnitatis eius ex pluribus individuis colligetur per actum intellectus, qui facit vniuersalitatem in rebus: vnde differt hæc diuīsio ab illa in tribus. Primum est, quia quantitas est vnu secundū rem, species autē solum secundū rationē. Secundū est, q̄ pars quanti diuīsunt sunt per se partes integrales, & non subiectū, nec recipiunt predicationē eius quod in ipsa diuiditur, non enim partes ligni sunt illud lignū quod in ipsa diuiditur diuīsione quantitatia, & licet quelibet pars ligni dicatur lignū, tūc tamē nō est predicatione totius quantitatis dei sui paribus, sed totius vniuersalitatis: individua autē sunt partes subiectū speciei, & nullo modo integrales. Terrā in quo differt, est quia in diuīsione quantitatia ex reali vnitate præcedente consurgit multitudo, sed hic eccl̄trio ex reali multitudine existente vel possibili in individuis cōsurgit per actum intellectus vnitatis speciei. Vniuersale enim aut nihil est, aut posterius est illis singularibus, vt dicitur primo de anima. Verū est q̄ posse formatus est cōceptus speciei, iterato diuidi potest in pluralitatem individuorum, & sic vnitatis præcedit pluralitatem. Sed simpliciter prima formatio vnitatis speciei consequitur pluralitatē, ergo ex eo q̄ parvū vel minores quantitates sunt vel esse possunt partes maioris quantitatis bene sequitur quod cōpetit quantitatē q̄ possit diuidi in plures quantitates quae sunt partes eius integræ, & de quibus non prædicator. Sed ex hoc non sequitur quod sit causa quare sub specie multiplicetur individua, quia diuīsione quantitatibus in suas partes, & diuīsiones speciei in individua sunt diuersarum rationū, & quasi oppositari. Et quia pars quantitatibus diuīsunt sunt individua quantitatibus absolutū sumpre, quia quelibet pars quantitatibus est quantitas. Tamen accedit eis quod hoc quod fuerunt vel esse potuerunt partes alicuius totius integralis. Tum quia sunt etiam duas quantitates infinitas, quarum vna non potest esse pars alterius, nihilominus ipse esset individua ipsius speciei. Tum quia partes alicuius totius heterogenei non propter hoc q̄ sunt partes, sunt individua vnius speciei.

Non

Lib. II. Distinctio, III.

Non enim quilibet pars equi est equus, sicut quilibet pars quantitatis est quantitas, quia hoc est heterogeneum, & illud homogeneum, quanvis utrobiqui sit pars & totum, ergo ex hoc quod aliqua forma potest esse pars integralis alterius, non potest reddi causa multiplicationis numeralis sub eadem specie, sed est totaliter extranea applicatio.

^{ma.12. 59° 13} 10. Et autem aliud modus qui tacitus est in precedente questione, scilicet quod quantitas est causa plurificationis individuorum sua specie in materialibus, non quod diuisio speciei in individua sit diuisio quanti vnius secundum rem in plura. Sed quia materia quae est alia pars individui in materialibus non posse plures formas recipere, nisi mediante quantitate non secundum medium in esse subiectum formae, sed secundum medium in transmutari, vel fieri, ut expostum iurius precepit.

11. Sed istud non valer, primum quia per eandem rationem quantitas est principium plurificationis secundum speciem, quia sicut dux forma eiusdem rationis non recipiuntur in materia nisi per quantitatē diuisam, ita nec plures forme diuersarum rationum possunt recipi simul, nisi in materia eodem modo diuisa. Sed propter hoc non ponitur quod quantitas sit causa pluralitatis secundum speciem, ergo nec propter hoc est ponendum quod sit causa pluralitatis secundum numerum.

12. Item licet materia non possit recipere plures formas, nisi mediante quantitate secundum medium, in transmutari secundum cursum naturae. Alto tamen modo potest. Nam in prima rerum productione diuersae formae eiusdem speciei & etiam diuersarum, fuerunt productae in diuersis partibus materiae, absque quantitate media in fieri vel in esse.

13. Ita si concederetur quicquid isti dicunt, nihil est ad propositum. Si enim forma quae recipiuntur in materia non possit plurificari secundum numerum, nisi mediante quantitate, nunquid propter hoc potest concludi quod substantiae separatae a materia non possint plurificari secundum numerum, quia non habent quantitatē non videtur, in contrarium, quia quantitas nihil facit secundum eos ad plurificationē formarum etiam secundum numerum, nisi quin tales forme requirunt plures partes materiae, in quibus recipiuntur, que pluralitas partium materiae est per quantitatē secundum medium in fieri, ergo ad univitatem vel pluralitatem formarum, que non recipiuntur in materia, nihil penitus facit quantitas.

14. Dicendum est ergo quod non repugnat nature angelicæ plurificari secundum numerum in eadem specie, quod patet ratione & autoritate, & eis talis ratio, omnis natura qua producitur ab agente actione iterabiliter potest plurificari secundum numerum. Sed omnis creata natura est huiusmodi (etiam substantiae separatae) igitur &c. Maior potest, quia sicut agens una actione producit unum, ita agens pluribus actionibus producit plura, quia sicut actio est iterabilis, sic & terminus actionis. Minor probatur, quia omnis actio qua potest voluntarie interrupit manente virtute activa, quae est principium actionis potest iterari maximè si rotat actio & productum per actionem dependat ex sola virtute producentis. In his enim tota potentialitas, viritas, & pluralitas actionis & producti est ex virtute producentis. Et hec est causa quare non potest esse in diuinis, nisi unus filius, quia actio qua producitur, nee potest interrupi, nec iterari. Sed actio qua Deus producit quacunque creaturas, maximè autem substantias separatas voluntarie potest interrupi in eis, etiam tota actio & productum dependent ex sola virtute producentis, ergo talis actio potest iterari, & haec fuit minor sequitur ergo conclusio, s. q. omnis creatura, & maxime substantiae separatae possunt plurificari secundum numerum.

15. Ad item est autoritas beati Aug. de libe. arb. vbi loquitur de peccato angelorum supposito quod omnes peccassent, dicit sic, nec bonitas eius, id est, Dei, quasi aliquo tandem, nec omnipotenta difficultas deficeret in creando alios, quos in eis fedibus collocaret, id est, in cibis gratibus gratia. Et per consequens natura, cum angeli recesserunt gratia secundum naturalia, quas alii peccando deferuerunt, vnde negare quod Deus non possit facere plures angelos sub una specie derogat diuinae portentio, cum ex parte rei producibilis non sit evidens contradictione, nec etiam probabilis, & propter hoc illa opinio condemnata est Pa-

Quæstio III.

¹³⁸ Ius pluribus vicibus, & de eius condemnatione sunt tres articuli, videlicet octogesimus primus, in quo dicitur sic, quod quia intelligentiae non habent materiam, Deus non potest plures eiulide species facere (supple) Error est, idem habetur articulo nonagesimo sexto, ubi dicitur sic, quod Deus non potest multiplicare individua sub una specie sine materia, error est, & immixtus articulo centesimo nonagesimoprimo dicitur sic, quod forma non recipienti diuini, nisi secundum materiam, est error, nisi intelligatur de formis eductis de potentia materiae. Argumentum pro ita parte concedenda sunt.

16. A D. primum argumentum in oppositum, cum dicitur quod omnis differentia secundum formam est differentia secundum speciem, dicendum quod est falsum, quia omnis differentia est secundum formam, sicut declaratum fuit prius. Sed differentia secundum absolutam rationem formae est specie. Differentia autem formae à forma, nō secundum absolquam rationem formae, sed secundum quod haec forma est numeralis, & nec differentia potest esse in omni natura creata, sicut ostensum est. Sola enim natura diuina, quae nec est de plures, nec est ab aliis plurificabilis, quia non haber causam effectuam est de se, & ex se una numero, nec potest secundum numerum plurificari, vnde qui posuerunt quod angelii seu substantiae separatae non sunt à Deo sicut à causa efficiente, sed solum sicut à causa finali (prout aliqui imponunt Aristotelei) dixerunt quod omnes substantiae separatae differunt secundum speciem, nec possunt plurificari sub eadem specie, quemadmodum nec natura diuina. Sed ex quo veritas fidei habet, & etiam veritas prophetæ, quod omnes substantiae separatae sunt à deo, sicut à causa efficiente, necesse est quod possint plurificari secundum numerum sub eadem specie, quia dependet à Deo, sicut à causa efficiente ea actione voluntaria & iterabilis. & haec est imperfectio proper quam conuenit eis quod possint plurificari, & nō solum illa imperfectio per quā forma potest esse pars alterius (vir alia discubant.)

17. Ad secundum dicendum quod licet cōseruatio species sit quadam causa propter quam plurificantur individua sub specie, non tamen est tota causa, quia tunc non multiplicarentur vltra quam neceſſe est eis speciem conservari, quod non est verum plurificatur ergo propter multas alias virtutes, quas Deus præordinavit proutenire eis, s. in corporalibus, quam in incorporalibus. Et ideo non sunt fructus.

QVÆSTIO QVARTA.

Vtrum angeli sint in aliquo magno numero.

Thom. I. q. 50. art. 3.

P Ostea queritur. Vtrum angeli sint in aliquo magno numero, videtur quod non, quia sicut est in corporalibus, ita in spiritualibus (ut videtur) Sed in corporalibus nobilissima corpora (ut celestia) sunt in minori numero quam alia, ergo similiter angeli qui sunt inter creaturas spirituales nobiliores sunt in minori numero quam animalia rationales.

2. Item res procedit à Deo, sicut numeri ab unitate alijs quo modo. Sed in numeris accedentibus ad unitatem minor est pluralitas, ergo in rebus maximè accedentibus ad causam primam quae est maximè unita, debet esse minor pluralitas, talis est natura angelica, ergo &c.

3. IN CONTRARIUM est quod dicit Dion. 4. cap. de angelica Hierar., quod numerus intelligentiarum excedit omnem numerum substantiarum materialium. Ex Dan. cap. 7. milia milium ministabant ei, & decies milies centena milia assisterebant ei.

4. R E S P O N S I O. Intelligendum est quod sicut unum dicitur dupliceiter sic & numerus qui non est aliud q. multitudine ex unitatibus aggregata. Unum autem dicitur dupliceiter. Primo modo pro uno quod conuertitur cum ente, & pro uno quod reperitur in sola quantitate. Similiter est quidam numerus qui constituitur ex unitatibus quae conlectantur ens generaliter, & aliis qui conlectantur ex unitatibus quantitatis quarum pluralitas est ex divisione continuo. Primus numerus reperitur in quoconque invenientur natura entis plurificata, & ideo reperitur in angelis. Secundus reperitur solum in habebus quantitatem mobilem

S 2 quales

Magistri Durandi de

quales non sunt angeli. Supposito hoc primo remouens
dus est error aliorum circa materiam istam. Deinde de
terminanda est veritas questionis.

5 Quantum ad primum sciendum φ Arist. & eius co-
mentator. u. metaphysice, posuerunt numerum angelorum
iuxta numerum orbium, vel motuum coelestium, & ideo
cum secundum vnam opinionem sint. 47. orbes vel motus
orbium vel. 55. secundum aliam, dixerant tot esse angelos
& non plures, ratio huius opinionis fuit haec. Intelligentia
sempre videtur esse in optimâ dispositione (cum sit su-
prema natura creata in vnuerso) sed optima eius dispo-
sitionis videtur esse in mouendo, quia per hoc assimilatur
maxime causa prima. Per mortuam enim eius causa rerum
sicut & causa prima, ergo omnis intelligentia sempre
causat aliquem motum propter quod numerus & distinc-
tio eorum sumitur secundum numerum & distinctionem motuum.

6 Haec autem opinio habet falsum fundatum. s. φ op-
tima dispositio intelligentiae sit in mouendo, hoc enim non
est verum, quia quanto aliqua intelligentia plus recedit a cau-
sa prima tanto minus est perfecta. Et quanto plus accedit
tanto est perfectior natura & operatione. Sed videmus φ
intelligentia maximè recedens a causa prima (vt anima
rationalis) maximè vnitur corpori (siclacet in ratione mo-
toris & forme) superior autem & perfectior ut angelus mi-
nus vnitur, quia non in ratione forme sed motoris. Solum
ergo illa que est suprema minus vnitur (siclacet nec in ra-
tione motoris, nec in ratione forme) ergo non est ex op-
tima & perfectissima dispositio intelligentiae φ sempre
moueat. Et quod subditum quod intelligentia in mouen-
do maxime deo assimilatur falso est, quia potius est as-
similatio, quae est intelligendo & amando, quam illa qua
est in mouendo. Perfectior est enim assimilatio quae est
secundum potiorem perfectionem. Sed intelligere &
amare sunt perfectiores operations in deo quam moue-
re: in intelligendo enim scriptum & amando consistit eius
beatiudo, & non in mouendo, ergo &c.

7 Quicquid autem sit de veritate questionis duplex est
modus dicendi. Primus est φ plures sunt angelii specie
differentes quam sint species rerum materialium, quod de-
clarant sic. Ordo naturae videtur exigere φ illa que sunt
nobilita, excedant quantitatem vel numero ignobiliarum,
vnde videmus quod corpora coelestia in tantum excedat
haec inferiora, ut haec non habeant notabilem quantita-
tem ad illa. Sicut autem corpora coelestia digniora sunt
ex teris corporibus, ita substantiae intellectuales digniores
sunt omnibus corporibus. Excedunt igitur corporales
substantias non in quantitate (cum illa non habeant) sed
in numero. Sunt igitur plures species angelorum quam
rerum materialium.

8 Sed istud non valet, perfectione enim non excedunt
alia naturaliter nisi perfectione. Perfectio autem non est
in numero (Alioquin plures essent personæ diuinae & cre-
atae.) Sed in quantitate non molis solum sed virtutis mag-
gis, hic autem excessum virritus in substantiis separatis po-
test saluari in eis respectu inferiorum ab eo maiori num-
ero, imo in vna substantia separata, ergo propter perfec-
tionem substantiarum separatarum non oportet eas pone-
re in numero excedente substantias corporales. Sed sicut
corpora coelestia excedunt inferiora non numero sed ma-
gnitudine molis, sic sufficit φ substantiae separatae excedat
substantias corporales non numero, sed magnitudine
virtutis.

9 Alii autem declarant eandem conclusionem alteri,
& dicunt φ debemus imaginari totum ordinem rerum in
vnuerso, sicut vnam lineam inter duo puncta (siclacet in-
ter deum & materiam primam) intra qua continentur
omnia que sunt vel esse possunt, & omnia habent per se
ordinem inter haec duo extrema, sicut species numerorum
inter se. Imaginem autem hanc lineam diuidi in puncto,
qui est anima rationalis, a qua sit vna linea, ascendendo
ab ipsa ad Deum per naturas substantiarum intellectualium.
Item ab ipsa vlcq; ad materiam primam consistitutur alia linea,
descendendo ab anima vlcq; ad materiam per naturas rerum
materialium, nunc est ita, φ vbi in linea est maior distan-
tia inter duo puncta, ibi sunt plures partes linea, partes
dico eiudem quantitatis, vbi est minor distans, ibi sunt

Sancto Porciano

pauiores partes. Sed inter animam intellectuam & de-
um est maior distantia, & inter animam & materiam, quare
inter deum & animam sunt plures partes vniuersi quam
inter animam & materiam primam. Sed inter deum & ani-
mam sunt species angelorum, inter ipsam vero & materi-
am primam sunt species substancialium corporalium, ergo
plures sunt species angelorum, & substancialium corpora-
lium, & hoc est quo dicit Dion. φ celestes metes incom-
parabiliter excedunt rerum mundanarum coartata mili-
titudinem, id est, multitudinem secundum speciem, que di-
citur coartata, vel quia in una specie plura individua, q.
coartantur, & sunt vna, quemadmodum dicit Poch, quod
participatione speciei plures homines sunt unus homo,
vel quia species rerum materialium sunt inter duo extre-
ma finita, & ita sunt quasi coartata inter illa. Species au-
tem angelorum non sic, sed sunt inter deum & animam,
inter quae non est artata distantia, sed infinita.

10 Haec ratio autem nihil concludit, nisi oportet
φ oēs gradus quibus Deus potest imitari a creatura spi-
rituali sunt acta producti, quod poni non potest si sunt in-
finiti gradus imitabilitatis, sicut & illa linea imaginatur
infinita. Talia autem infinita ponere in actu est impossibili-
te (vt probat est lib. i. dist. 43. q. 2.) Si vero dicatur quod
non sunt infiniti gradus imitabilitatis, sed finiti, tunc et
omino incertum sunt plures sunt gradus imitabilitatis in
deo respectu creaturarum spiritualium, & respectu corpora-
lium, & pauiores, quia non arguitur esse plures, nisi pro-
pter maiorem distantiam inter animam & deum, & si inter
animam & materiam primam. Et illa nullo modo proba-
tur major, nisi quia infinita, propter quod non sequitur φ
sunt plures gradus, nisi ponantur infiniti.

11 Quicquid sit tamen de hoc, si solum ponantur spe-
cies angelorum plures & rerum materialium, & non ponan-
tur plures angelii in eadem specie, non oportet dicere φ an-
gelii sunt in numero multum excessu, quia non sunt species
rerum in eam excessu numero, sicut de angelis dicitur
Dan. 7. (vt dictum est in argumento) & in Iob. 12. Nun-
quid est numerus militum eius? & propter hoc forte sunt
omnes eiusdem speciei, vel saltem plures ex eis. Non enim
videtur omnino congrua ciuilicia differentium secundum
speciem. Pluralitas autem talis, que est differentium secundum
numerum totaliter est bene placito productus, qui tot
produxit, quod producere voluit, cuius voluntate scriptu-
ra nobis exprimit in locis prelatagis.

12 Ad primum argumentum in oppositum dicendum
φ nihil prohibet minor esse numerus, & animalia que fue-
runt, qua sunt, & erunt. Creaturæ enim quotidie, nec ille
qua prius creata fuerunt, desinunt esse corruptis corpori-
bus. Omnes enim angelii simul creari fuerunt. Quod au-
tem maior numerus angelorum ponitur, & corporum ce-
lestium causa est, quia corpora coelestia solum habent or-
dinem ad inferiora secundum esse naturæ, & in ratione
actiū, & ideā tot sunt, & non plura, quod sufficiat ad agen-
dū. Sed angelii præter ordinem que habent ad corpora co-
lestia in mouendo ea (quod pertinet ad cursum naturæ) ha-
bent etiam ordinem alium quod est gratia. Sunt enim
quidam ex eis in ministerio misi propter eos qui heredita-
tem capiunt salutis, ut dicitur Heb. 1. & secundum Hieron.
vnaquæc anima a sui exordio habet angelum ad sui cu-
stodiā deputatum.

13 Ad secundum dicendum quod in rebus maxime ac-
cedentibus ad causam primam debet esse minor pluralitas
quantum ad partes quae veniunt in compositionem rei,
sicut in binario qui maxime accedit ad vnitatem sunt pa-
uiores vniuersitatis quam in quoquam alto numero. Sed ni-
hil prohibet quia in eis sit maior pluralitas secundum spe-
ciem, vel secundum individua eiusdem speciei, sunt enim
plures binarii, quam nouenarii. Et similiter possunt esse
plures angelii eiusdem speciei, vel diversarum, quam sunt
species vel individua aliarum rerum, sunt tamen tot &
non plures, quod Deus producere voluit secundum ordi-
nem sua sapientia.

Q U E S T I O N E Q U I N T A.
Vtrum potentia cognitiva angelii sit illud
idem quod est sua effentia.

Thom. i. q. 34. ar. 4.

Circa

Lib. I L. Distinctio. VI.

CIRCA cognitionem naturalem angelorum quae runtur quatuor. Primum est virum potentia cognitiva ut id quod sit sua essentia. Secundum est, virum angelicis cognoscere res per suam essentiam, vel species. Tertium est, virum cognoscere singularia. Quartum, virum intellectus angelicis sit semper in actu. Ad primum si procedatur & arguitur quod virtus seu potentia intellectiva angelis differat realiter ab eius essentia, quia secundum diuersitate actuum est diuersitas potentiarum. Sed esse est actus essentiae & intelligere est actus potentiae intellectus. In angelo autem intelligere non est suum esse, ergo nec intellectiva potentia est sua essentia.

2 Item Dionysius. II. cap. Hierarchie angelicæ, dicit quod angelis diuiduntur in substantiam, virtutem, & operationem. Ergo in eis aliud est substantia, aliud est virtus, & aliud operatio.

3 IN CONTRARIVIA arguitur, quia mens & intellectus nominant potentiam intellectuam, sed Dionysius & Damascenus in pluribus locis nominant angelus intellectus & mentes. Ergo angelus est sua potentia intellectuam.

4 RESPON SIO. Nos pauca nouimus de angelis & eorum cognitio. Et illa pauca debemus conjecturare ex conditione animæ nostræ, quia est de numero substantiarum intellectualium, quibus in illo ordine infinita. Et secundum hæc de questione proposita videtur esse dicendum quod potentia intellectus angelicis sit realiter idem quod sua essentia, quod potest persuaderi sic, quod enim potentia cognitiva animæ nostræ differat ab essentia potissimum conuictus ex dubio (ut patet ex dictis in primo libro) vnuus est, & aliqua potentia animæ sunt ad actus taliter diversos, & separatos nullum ordinem inter se habentes, vi sunt audire, videre, & huiusmodi: propter quod oportet eos reducere in proxima principia realiter diuersa, & non in vnu solum ut est essentia. Aliud est, quia essentia animæ est actus corporis, aliqua autem potentia eius non sunt actus corporis ut intellectus & voluntas: propter quod oportet essentia animæ a predictis potentias diffire realiter. Neutrino tamen istorum est in angelis, quia in eis non est nisi unica cognitio (videlicet intellectus) quæ potest reduci ad unicum principium. Essentia etiam angelicæ non est actus corporis, sed est separata ab omni corpore, sicut & intellectus, propter quod ex nulla parte potest conuinci, & potentia intellectuam angelicis differat realiter ab eius essentia frustra autem ponunt plura, vbi vnum, sufficit, ideo, &c.

5 A D primum argumentum dicendum est per intentionem minoris, quia quāvis intelligere sit actus per actionem intellectus angelicis realiter ab ipsa differens, quando intelligit alia à se, tamen esse non est actus essentiae realiter ab ipsa differens, imo sunt realiter vnum & idem vitrocepto secundum potentiam, vel secundum actum, sicut ostensum fuit in primo libro, distinctione octaua.

6 Ad secundum dicendum, quod in angelis est substantia, virtus & operatio, secundum Dion. sed non dicit quod omnia haec differant realiter, nec oportet de substantia & virtute,

QVÆSTIO SEXTA.

Virum angelicis cognoscere res per suam essentiam, vel per species.

Thom. I. q. 55. ar. 1. c. 2.

A D secundum sic proceditur. Et arguitur quod angelus intelligent per species, & non per suam essentiam, quia cognitio angelicæ extendit ad omnia que sunt, sed essentia angelicæ cum sit limitata ad certū genus & ad certam speciem non potest omnes res representare, ergo angelus non intelligit per essentiam suam.

2 Item si angelus intelligeret per suam essentiam, sequeretur quod semper & actu cognoscere omnia, videlicet se, & alia. consequens est falsum, ergo & antecedens. Probatio consequentiæ, quia si essentia angelicæ esset in ratio representans alia, cum angelus semper, & actu cognoscere omnia alia que per suam essentiam representarentur ei, & sic patet consequentia.

Quæstio VI.

139

3 Item decima propositione de causis dicitur, quod omnis intelligentia plena est formis, sed illas formas vocamus species, ergo angelii intelligunt per species, non ergo per suam essentiam.

4 Item Dionysius dicit quod angelii illuminant rationibus rerum, ergo cognoscere res per rationes earum, & non per suam essentiam.

5 IN CONTRARIUM arguitur, quia non minoris perfectionis est intelligere, quam intelligibilia representant, sed essentia angelicæ quavis sit finita, potest omnia intelligibilis intelligere, ergo potest ea representare, non obstante ipsa sit finita, sed propter aliud non negatur quod angelus non intelligat alia per suam essentiam, ergo &c.

6 R E S P O N S I O. Hæc præpositio, per, potest denotare vel principium intellectuum, sicut dicimus quod homo intelligit per intellectum, vel illud quod est subiectum representativum, sicut dicimus quod homo intelligit causam per effectum, primum tenet se ex parte intelligentis, & secundum ex parte intelligibili. Primo modo questionis soluta est in precedente articulo, vbi ostensum est quod intellectus angelicæ est sua substantia, & sic angelus intelligit quicquid intelligi per suam substantiam tantum per principium intellectum & ideo questionis solum est dubia secundo modo, videlicet virum angelicæ intelligat omnia per suam essentiam, tanquam per representativum.

7 Circa quod est aduertendum quod angelus cognoscit se & alia a se. Sed cognoscendo se, seu suam essentiam non indigeret alio representativo, sed immediatè cognoscit se per se, seu per suam essentiam. Cuius ratio est, quia per hoc sit intelligere in nobis, & in quibuscumque animis, quod intelligibile est praesens intellectus, nihil autem est adeo praesens intellectus angelicæ, sicut sua essentia, ergo angelus intelligit se per suam essentiam.

8 Et si dicatur quod eodem modo concludit ratio de intellectu nostro quod intelligat se per suam essentiam, quia est sibi ipsi praesens. Dicendum quod non, quia obiectum primo proportionatum nostro intellectui est aliquid prius sensatum, quia intellectus noster est cum sensu, propter quod intellectus noster (licet sit sibi praesens) non tam in ratione primi intelligibilis ab eo, quia non est aliquid quod cadere possit sub sensu. Sed intellectus angelicus, qui a sensu non dependet, statim apprehendit omne intelligibile sibi praesens. Essentia autem angelicæ secundum est intelligibilis, ideo &c. Et in hoc consentit tam theologi, quam philosophi.

9 De aliis autem ab angelo qualiter intelligantur per ipsum. Est aduertendum quod si opinio Autencennæ esset vera, videlicet quod prima causa creavit intelligentiam sibi proximam & immediatam, & haec aliam, & sic usq; ad infinitum que erexitur causam, & mediante cordo omnia inferiora, & sic posset dici quod qualilibet angelus cognoscit omnia per suam essentiam, sicut & causa prima, quia sicut causa prima ratione sua causalitatis representat sufficienter omnia (ut dictum fuit libro primo.) Sic quilibet intelligentia representat sufficienter omnia quae sub ipsa essent, quia esset causa eorum, & omnia quia essent supra ipsam quae esset causata ab eis, & hæc viam tenet author de causis, qui dicit octauam propositionem quod omnis intelligentia sit id quod est sub se, & illud quod est supra se, verum tamen scit illud quod est sub se, quoniam est causa eius. Et scit quod est supra se, quia acquirit bonitatem ab eo.

10 Sed quia hæc opinio non est consona veritati, nec fidei: idcirco questionis maiorem haber dubitationem. De qua quidam alii dicunt quod angelus intelligit alia a se per species, non quidem a rebus acceptas, sed concreatas, seu a deo influxas, que representant intellectus angelicæ alias res tam spirituales quam corporales, & rationes istorum ratiæ sunt in arguendo ad questionem. Ita autem species originaliter introducuntur videtur esse propter sensum visus, & sensibilitatem illius sensus. Color enim videtur facere speciem suam in medio, & in organo sicut sensibilitas appetit in refractione, quæ est in speculo. nisi enim istud fuisse fortiter nunquam fuisse facta intentio de speciebus requisitis ad cognitionem. Sed quia quidam credunt quod species coloris in oculo representat vitium coloris, cuius est species, ideo ponunt tam in intellectu nostro,

830 quam

D. 15. B.
Magistri Durandi de

quām angelico quādā species ad repräsentandum res, vt cognoscantur tam à nobis quām ab angelis.

10. Hoc autē nō repūto verū ēst, nec in sensu, nec in intellectu nostro, nec in angelico. Et q̄ non s̄it ponere speciem in sensu, puta in visu ad repräsentandum visui colorē vt videatur, patet sic, omne illud per quod tanq̄ per repräsentatiuum potentia cognitiua fertur in alterū est primo cognitum. Sed species coloris in oculo nō est primo cognita, seu visa ab ipso, ino nullo modo est visa ab eo, ergo per ipsam tanq̄ per repräsentatiuum, visus, non fertur in aliquid aliud. Probatio maioris, quia quicquid se habet obiectū ad poteritiam cognitiuam, vt est cognitiua, est ab ea cognoscibile seu cognitum. Sed omne quod repräsentat aliquid potentia cognitiua se habet ad eam obiectū (supplet enim vicem rei quā repräsentat, que si secundum se p̄fens est, habetur se obiectū ad potentiam cognitiuam) ergo omne tale est cognoscibile vel cognitum. Et cum ducat in cognitionē alterius est prius eo cognitum tempore, vel natura. Et hac fuit maior, minor de te manifesta est. Species enim coloris existens in oculo nullo modo videtur, nec videri potest ab ipso sicut quilibet experitur, ergo &c.

11. Itē talis species si diceret in cognitionē alterius hoc faceret ratione similitudinis. Vnde communiter vocatur similitudo rei, & sic habetur rationē imaginis, imago autē dicens in cognitionē illius cuius est imago est primō cognita quod non potest dici de tali specie, ergo &c. Et sine dubio de se videtur absurdum q̄ potentia cognitiua dicitur in cognitionē alicuius per tale repräsentatiuum, quod est sibi totaliter incognitum. Contrarium enim verisimum est, videlicet quod per notum ducitur in cognitionē ignoti. Et sic patet quod nulla species est in oculo ad repräsentandum visui colorem vt videatur, quanvis enim color imprimit in medio, & in oculo suam speciem propter similem dispositionem diaphaneitatis que est in eis, illa tamen nihil facit ad visionem, nec visu representat colorem vt videatur.

12. Quod autē in intellectu nostro nō sit ponere speciem tales patet per candem rationem, quia oportet q̄ est ab intellectu primō cogniti cuius oppositum experimur. Itē si in intellectu est talis species, aut est respectu primi cogniti solum, aut respectu omnium, nō respectu omnium, quia species in intellectu nostro si qua sit, potest abstrahi à phantasmatibus. Sed phantasmatā non sunt omnium, sed solum rerum sensibilium, & quantum ad accidentia secundum quae solum sunt sensibilia, ergo respectu alicuius nulla est intellectu nostro species. Itē cognitio rei per speciem secundum ponentes species non est discursiva, sed multa cognoscuntur à nobis per discursum, talia ergo non cognoscuntur per speciem.

13. Si autē dicatur q̄ species requiratur in intellectu respectu primi cogniti. Contra, quia in potentis ordinatis obiectū presentatur posteriori potestate per actum prioris, sicut appetitus presentatur sibi obiectū, videlicet bonum per cognitionē praewiam. Per hoc enim solum presentatur appetitui bonū quia est cognitū. Sed sensus & intellectus in nobis sunt potestas ordinata, ergo per solum actum prioris potest (videlicet sensus) presentatur sufficiēt intellectui sibi obiectū, neq̄ oportet ponere aliquā specie. Itē intellectus cū sit virtus reflexiva cognoscit le & ea que sunt in eo per certitudinē, & quasi experimentaliter. Vnde experimur nos intelligere & habere in nobis principiū quo intelligimus. Si ergo in intellectu nostro est aliqua talis species, videtur q̄ possumus per certitudinem cognoscere eam esse in nobis. Sicut cognoscimus per certitudinem alia que sunt in intellectu nostro tāctus & habitus, quod nō est verū. Non videtur ergo q̄ in intellectu nostro sit aliqua species ad repräsentandum sibi suum obiectū, nec in sensu vt prius probat̄ est, ergo &c.

14. Est tamen aduentum q̄ licet in nulla potentia sensitiva, vel intellectu sit species ad repräsentandum ei suum obiectū. Tamē in spiritibus corporalium nō sentientibus remaneant quandog species, seu impressiones sensibiles abeuntibus sensibilibus qua dum nobis dormientibus, vel vigilantibus obiciuntur organis interiori sensuum apprehenduntur, & si in eis situt cognitio, decipiunt existimantes rerum imagines esse veras res exteriorē.

Sancto Porciāno I. dia.

res. Si verò cognitio non sit in eis. Sed apprehendatur vt imagines aliarum rerum non decipiuntur, sed sunt nobis principiū memorandi.

15. In ipsi organis sensuum interiorū si sunt species vel huiusmodi impressiones nullo modo percipiuntur ab eis, nec alia res per ipsas, quia nō se habent ad potestas cognitiua obiectū, sicut impressio quā aliquis videt in oculo alieno non percipitur ab oculo in quo est, nec medie ipsa percipit ille oculus rē cūtus et species.

16. De intellectu autem angelico de quo principaliter queritur idem dicendum est, videlicet q̄ in ipso nō sunt aliquae species per quas repräsentantur ei res quas cognoscit. Quod patet sic, species repräsentat rem aliquā & res cuius est species sunt eiusdem rationis specificē. Iacet differat in modo ostendit. Sed nulla species existens in intellectu angelī cū sit accidentē potest esse eiusdem rationis specificē cum substantiis rerū tam spiritualium & corporalium quas angelus intelligit, ergo saltē angelus nō intelligit per species substantiarū spiritualium vel corporalium. Minor de se patet, quia substantia & accidentē non possunt esse eiusdem rationis specificē cum differant genere.

17. Sed maior probatur in sensibilibus que sunt nobis notiora & ex quibus introducēt sunt species vt dictū est. Et primo sic, sicut se habet lux in corpore luminoso ad lucem causatū in medio, sic videtur se habere color in corpore terminato ad speciem causatū in medio, quia sicut proprium subiectū lucis secundum suum perfectū est, est corpus densum (vnde & stella lucens dicitur esse densior pars lucei sphera secundo soli.) Sic proprium subiectū coloris, qui in se continet aliquid de natura lucis secundum suum perfectū est, est perpicuum terminatū per opacum, subiectū autem virtutis secundum esse imperfectū est perpicuum non densum nec determinatum, propter quod sicut se habet lux ad lumen, sic color ad speciem. Sed lux in corpore denso & lumen in medio sunt eiusdem rationis specificē, iacet differat secundū perfectū & imperfectū propter diversitatem subiectorum recipientium.

18. Secundo probatur eadem maior sic. Actio omnium aliorum sensibiliū in medio & organo est virtuosa, calor enim diffans ad hoc sensitivū, oportet q̄ calefaciat medium vīcū ad organū, & ipsū innotescat organū ut experimur, & idem est de sapore, & de quoconq; alto sensibili, ergo si simili videtur quod actio coloris in medium & organū sit virtuosa, q̄ non est nū color, & sua species essent vnius rationis. Tertio quia species non ducit in cognitionē alterius (vt videtur) nisi ratione similitudinis, vnde & similitudo dicitur per quandam expressionē. Similitudo autem non est differentiū, secundum species, ergo species que est medium quo res cognoscuntur, & dicitur similitudo rei nō differt secundum speciem à re quā immediate repräsentat. Et si probata est sufficiēt ter maior.

19. Sequitur ergo conclusio principalis, scilicet quod angelus nō intelligit substantias rerum spiritualium vel corporalium per aliquān sp̄ciam, & per candem rationem nō intelligit substantiam rerum corporalium per speciem, quia in angelo, qui est substantia mere spiritualis, nō potest esse aliquod accidentē eiusdem rationis cum accidentibus corporalibus. Contra rationes ante prius posatas sunt aliquæ instatiæ que ponentur in quarto libro, ibidem soluentur.

20. Per quid ergo intelligit angelus alia à se? Dicendum quod nō per aliud repräsentatiuum, q̄ per ipsammet p̄fentiam rerum in se vel in suis causis vel veroque modo. Ad cuius evidētiā sciendum est q̄ quamvis in nobis sit duplex cognitio (scilicet sensitiva & intellectuā) tamen in angelo est sola intellectuā, per quam perfectius & efficacius cognoscit quicquid cognoscimus nos per sensum & intellectum q̄ cognoscamus nos. Sicut ergo sensibilitas secundum se presentia sensui cognoscuntur per sensum, puta omnia colorata, & omnia lucentia, que secundū se p̄fentialiter obiciuntur visui statim videtur, quia vna est visuum

Lib. II. Distinctio. III.

vistum, & aliud visibile, propter quod eis approximatis statim sequitur visio à quoque sit effectiva. Et similiter eit de aliis sensibus. Sic tam res spirituales ut alii angeli & corporales ut cælum & astra, & huiusmodi, que secundum se sunt præsentes intellectu alicuius angeli propter ordinem & gradum, quæ angelus habet inter partes vniuersitatem intuitu cognoscuntur ab angelo absq; alio representati uo. Et in hoc cognitione angelica cotinet modū & perfectiōnem nostram cognitionis sensitiæ, & plus, quia non se extendit solum ad accidentia (ut sensus) sed etiā ad quidditates substantiarum. Sicut etiā præsentato intellectui nostro aliquo obiecto per actum sensitiæ partis sit intellectu quoquacunq; illa sit effectiva, & ex illo cognitione intellectus noster alia intelligi propter habitudinem causa ad effectum, vel contrario, & sic de aliis habitudinibus, sic angelus ex his que intuitu cognoscit per ipsorum rerū actualēm præsentiam, cognoscit alia propter habitudinem quā habent ad prima cognitā, siue illa habitudo sit cause ad effectum siue alia, & in hoc assimilatur nostræ cognitioni intellectui. Sed eam excedit in hoc quod intellectus noster cognoscit unum per aliud discurrendo de noto ad ignotum. Intellectus vero angelicus, licet cognoscat unum per aliud, non tamen discurrendo de noto ad ignotum. Sed statim & simul tempore utrumq; cognoscit, licet unum per aliud.

22 Ad primū argumentū dicendū φ̄ essentiā angeli nō repræsentat ei oēs alias res ab angelo cognoscibiles, sed hoc nō est propter limitationē angeli ad certū genus, et ad certā speciē, sicut bene probat argumentū factū in oppositū. Sed hoc est φ̄ ipsa non est causa aliorū sub se, quemadmodum essentiā diuinā est causa omnium, sicut prius declaratum fuit libro primo, dist. 33, q. 1.

23 Ad secundū dicendū φ̄ concludit aequaliter φ̄ angelus nō cognoscit alia à se per species, sicut cocludit φ̄ non cognoscat per essentiā suam, & vtrumq; concepsum est. Quod autē ita sit patet, quia si sint species in angelō, per quas repræsentant ei res intelligibiles, quum illæ species sint semper ei præsentes, videtur φ̄ semper intelligat oēs res, quarum habet species, sicut si repræsentarentur ei persuasimā. Nec valet si dicatur quod angelus potest vnuā species, & non altera, & quandoq; nulla cum sit substantia volens & libera, quia idem posset dici de essentiā sua, quod non viteret ea ad repræsentandum res, nisi quando veller, quorū neutrū est verū, quia sicut in potestate hominis vel angeli sit quādōq; applicare, vel nō applicare ea, quibus applicatis necessario sequitur actio (verbi gratia) In potestate hominis vel angelī, est applicare in nūm stūra, tamen non est in potestate eorum, quin facta applicatione sequatur actio. Sic cum ad presentiam illius quod sufficiēt repræsentat obiectum potentia cognitiva sequatur necessario cognitione, nō est in potestate angeli φ̄ non cognoscat illud quod ei repræsentatur, sicut non est in potestate hominis, φ̄ repræsentat obiecto in phantasmatē intellectus nō intelligat. Et ideo siue res intelligibiles repræsentetur angelis per substantiam suam, vel per species idem sequitur: nos tamen dicimus φ̄ per neutrū eorum eis repræsentantur.

24 Ad tertium dicendum quod nunquam fuit intentio authoris de causis, φ̄ in angelō vel in intelligētia sint species, de quibus alii loquuntur, sed cum ipse fuerit platonī cus posuit tales formas esse in intelligentiis quales ideas posuit Plato, quas etiam quādōq; vocauit formas. Plato autem secundum veritatem vocauit ideas cognitiones rerum, vel res vt cognitas, & nō aliquas formas intellectui inhérentes, vel per se substantives, sicut fabulōe impofuit ei Aristoteles, & tales formas, hoc est rerum cognitiones dicit author de causis esse in intelligentiis.

25 Per idem patet ad quartū, quia secundum Dion. angelī illuminantur rationibus rerū & cognitionibus earū, quia ipsa cognitione est earum illuminatio.

26 Argumentum in oppositū bene probat φ̄ essentiā angeli per hoc quod est limitata ad genus, & ad speciē nō impeditur quin possit alias res repræsentare, quia cū inter res diuersorū generū sit certa habitudo, vna potest per alia repræsentari, vnde & accidētia magnā partē cōfert ad cognoscendū quod quid est (vt dicatur primo de anima) veruntamen φ̄ angelus cognoscit perfecte & dis-

Quæstio VII.

240
finētē oēs res naturales, spirituales & corporales ad rātem distinctā & perfectā repræsentationē nō sufficit essentiā angeli, quia nō cōtinet alias res distinctē nec formaliter, nec virtualiter cum non sit eorū cauſa, sicut essentia diuina est cauſa omnium.

QVÆSTIO SEPTIMA.

Vtrum angelus cognoscat singulare.

Thom. I. q. 57. art. 2.

A D tertium sic procedit. Et arguitur quod angelus nō cognoscat singulare, quia infinitum secundum quod infinitum sit ignotum, ut dicitur. Phys. sed singulare sunt infinita saltem successiue, ergo sunt angelis ignota.

2 Item angelus alia à se per eorū præsentiam cognoscit (vt dicitur fuit prius in præcedente quæstione) sed aliqua singulare saltem futura non posunt esse præsentia angelis, ergo non sunt alia eo cognita.

3 Ad idem est quod cōmuniter allegatur ex dicto Boëthii, quod singulare est dum sentitur, vniuersale dum intelligitur, sed in angelo non est cognitio sensitiæ, ergo non cognoscit singulare.

4 IN CONTRARIVM est, quia cognitione angelica perfectior est quam nostra, sed nos cognoscimus singulare, ergo inconveniens est dicere quod angelis non cognoscant ea.

5 Item operationes sunt singularium, & circa singulare, sed angelis habent circa nos operationes & actiones custodia & administrationis secundum illud P̄sal. Angelis suis Deus mandauit de te &c. Et ad Hebr. I. cap. Omnes sunt administratori spiritus, & in ministeriū missi: & hoc nō faciunt, nisi mediante cognitione, ergo cognoscunt singulare.

6 R E S P O N S I O. Duo sunt quæ videntur facere difficultatem circa quæstionē istam. Primum est, quia videtur aliquibus p̄ primū cognitū ab intellectu sit vniuersale, quod se habet per indidifferentiam ad plura singulare, propter quod dubium est qualiter cognitio vniuersali cognoscatur determinatē hoc singulare vel illud. Secundū est, quia singularium quædā sunt necessaria, & quedam contingēta, & quedam præsentia, & quedam futura, & futurorum quædam dependent ex causis pure naturalibus, quedam vero dependent ex libero arbitrio, in toto vel in parte: de quorum omnīs cognitione nō videtur quod positus eadem ratio assignari.

7 A D tollendum ergo hæc duo dubia, aduertendum est quantum ad primū, quod p̄ primū cognitū ab intellectu nō est vniuersale, sed singulare. Qod patet primo, quia p̄ primū obiectum, & omnis per se conditio obiectū p̄cedit actum potest. Potentia enim p̄ suum actum non facit suum obiectum, sed supponit, sicut visus quoad actum videndi p̄supponit colorem. Sed vniuersale vel conditio vniuersalis non p̄cedit actū intelligendi, imm̄ fit per actum intelligendi, eo modo quo potest sibi competere fieri, esse enim vniuersale nō est aliud q̄ est intellectū absq; conditionibus singularitatēs & individuationis, ita φ̄ est vniuersale est sola denominatio obiectū ab actū sic intelligendi, sicut dictum fuit prius libro primo, dist. 3. q. 5, ergo vniuersale nō est p̄ primū obiectū intellectus, nec vniuersalitas est eius conditio per se, & ita p̄zum intellectū non est vniuersale.

8 Si dicatur φ̄ est vniuersale nō est esse sic intellectū, imm̄ p̄cedit omnem intellectiōnē, quia secundum commentatorem, intellectus agens facit vniuersalitatē in rebus, & eius actū p̄cedit intellectiōnē, saltem ordine nature. Non valet, quia vt visum fuit libro primo, sicutū est intellectū agentē ponere, & fruvolū est dicere φ̄ vnuā iversalitas fiat in rebus, quia vniuersalitas nō potest esse in rebus, sed sola singularitas. Et si intellectus agens est aliquid, & aliquid ageret, illud semper esse vnuā numero, & singulare, & non vniuersale.

9 Et si dicatur φ̄ intellectus agens nō facit vniuersale, nisi quia cū phantasmatē causat speciem in intellectu, que repræsentat rem in vniuersali: Non valet, quia probatum est supra, quod nulla species est in intellectu, que repræsentat et suum obiectum.

Thom. I. q. 57.
ar. 1. ad. 2. &
arg. 2.

8. 4. 10 Item

Magistri Durandi de

10 Itē omne reale repräsentatum, quod repräsentat naturaliter aliud, repräsentat ipsum secundum conditio-nem eius realem. Sed talis species si esset & aliquid repräsentaret, repräsentaret ipsum naturaliter, ergo repräsentaret ipsum, quantum ad eius conditionem realem. Sed esse vniuersale non est conditio realis, sed rationis, ergo talis species non repräsentare vniuersale.

11 Itē in potentiis ordinatis, vbi terminatur actus pri-oris potentie, ibi incipit actus posterioris, sed sensus & in-tellectus in nobis sunt potentie ordinate: ergo vbi termi-natur actio sensus tanquam prioris potentie, ibi incipit actio intellectus. Sed actus sensus terminatur ad singula-re, ergo a singulari incipit actus intellectus.

12 Itē vniuersale est vnu per abstractionē a multis, & de multis, de quibus dicuntur, & in hac abstractione singularia, a quibus sit abstractio, habent rationē quasi termini a quo, & vniuersale rationē termini ad quē. Sed terminus a quo, precedit terminū ad quē, ergo intellectus abstrahēt prius intelligit singularia, & vniuersale. Et ad hanc inten-tionem dicit Aristoteles de anima, quod animal vniuersale, aut nihil est, aut posterior est suis singularibus.

13 Itē si intellectus noster nō intelligeret prima intel-lectione singulare hoc esset, aut quia non repräsentaret ei, aut quia nō posset, aut quia non velle. Primum nō pos-set dici, quia prima repräsentatio que fit intellectui no-stro sit perphantasma quod est repräsentatum rei sin-gularis, & finis ea intellectui nihil potest de novo intelligere. Nec secundum, quia cōstat q̄ potētia intellectus no-stri se extendit ad cognitionem singularium, aliquoq̄ de eis nō disputationem, nec aliquid faceremus per liberū ar-bitriū. Cum factio[n]es sint singularia, & circa singularia. Nec tertiu, quia velle sequitur cognitionē. Si ergo intellectus velle, nō intelligere singularia, vel nollet intelligere ea, sequeretur q̄ pr̄ cognoscet ea, & sic sequeretur op-positum positi. Relinquit ergo quod intellectus noster prima intellectione intelligit singulare.

14 Itē patet specialiter secundū alios qui ponunt q̄ in intellectus per se mouetur ab obiecto, quia illud per se & primō intelligit quod per se & primō mouet intellectum ad intelligendum. Mouet enim causanda cognitionē sui prius & principalius quam alterius. Sed singulare primō & per se mouet, & nō vniuersale. Quia actiones sunt sin-gularium, & non vniuersalium, ergo singulare primo & per se intelligitur, quod concedendum est quicquid sen-serit, vel dixerit Aristoteles per verba obscura & inuoluta, que ponit, & de anima.

15 Item quicquid esset de intellectu nostro, tamen de intellectu angelico oportet dicere q̄ directe & per se in-telligat singularia, quia vna cognitio angelii, quae est in intellectu, efficacior est q̄ nostra duplex cognitio, sensitua videlicet & intellectiva, ut dictum fuit prius. Sed con-stat q̄ nos primo & directe cognoscimus singularia per cognitionem sensituum, quae est prima omnium cogni-tionum nostrae intellectivae, ergo cognitio intellectiva angelii quatenus comprehendit perfectionem nostrae cognitio[n]is sensitivae est per se & directe singulare. Et co-firmitur, quia illud quod magis habet de entitate, magis est cognoscibile, sed singularia plus habent de entitate q̄ vniuersalia, ergo magis sunt cognoscibilia. Sed ex parte virtutis cognitivae ipsius angelii non potest esse defectus, cum ipsa sit perfecta, ergo angelus cognoscit prius & per se singulare quam vniuersale: & sic exclusum est pri-mum dubium.

16 Quantum ad secundum est secundum quod singu-laria se habent in duplice differētia, quædam enim depen-dent, quantum ad suum esse & fieri solum ex causis natu-ralibus, quædam autem dependent vel quantum ad esse, vel quantum ad fieri ex libe. arb. Singulare autem quæ dependet solum ex causis naturalibus si sunt praesentia co-gnoscuntur infallibiliter ab angelo, nec est alia causa quærenda, nisi quia sunt ei praesentia. Sicut nō est quæren-da causa quare virus percipit colorē sibi praesentē, & audi-tus sonum. Si vero sunt praeterita vel futura contingēta vel necessaria adhuc cognoscuntur infallibiliter ab ange-lo per hoc q̄ talia sunt praesentia cognitioni angelice, nō quidē in se sed in suis causis naturalibus, & angelus perse-cte cognoscit totū ordinem causarū naturalium vniuersi,

Sancto Porciano

quod patet sic, sicut à causa necessaria infallibiliter sequi-tur effectus, & in ea cognoscitur quid sit, & an sit, sic à causa contingentē ei impedibili si nō sit impedita infalli-biliter sequitur effectus & in ea cognoscitur quid sit & an sit. Cum igitur angelus cognoscat perfecte oēs causas naturales necessarias & contingētas seu impedibiles, & omnes causarū habitudinem ac per hoc sciat quae cau-sa aliam impedit vel nō impedit, manifestum est quod per hoc cognoscit oēs effectus purē naturales necessarios & contingētas quid sunt, & an sunt, siue sunt praeteriti sunt prēsentes vel futuri. Itē autē plenius deductum fuit lib. i. dist. 38. q̄ quad cognitionem diuinā, & idem est de co-gnitione angelica quantum tangit ad propositum.

17 De singularibus autē quæ vel quantum ad esse vel quantum ad fieri dependent à libero arb. est maior diffi-cultas circa quā sunt duo considerāda. Vnum est quod ta-lijum singularium quædam sunt futura, quædam præterita, quædam præsenta. Aliud est q̄ libe. arb. arbitrium reperitur in deo & in angelis & in nobis. Futura autem quæ ex fo-lo libe. arb. diuina dependent, nō posunt ab angelis co-gnoscī quid sunt vel an sunt nisi per reuelationem, de his enim sunt illuminationes ut patebit inferius, vnde mini-steria gratiae (scut incarnationē Christi & similia) nō co-gnoscuntur angelii a principio nisi quibus reuelatum est, & qui de hoc illuminati fuerint. Et causa est quia rationes ta-lijum nullo modo existebant in causis naturalibus sed so-lum in mente diuina quæ sibi soli plenissime nota est, fu-tura autem quæ dependet ex libe. arb. angelii potest ange-lus cognoscere sicut & vnuquisq; suam affectionem co-gnoscit & ea quæ per affectionem seu voluntate vult pro-ducere, que autē dependet ex libe. arb. alterius angelii vel no-stri nō potest angelus per certitudinē cognoscere nec in se cum nondū sinit, nec in causis suis, hoc est in affec-tione alterius angelii vel nostra anteq; iste affectiones sunt in angelio vel in nobis per eandem rationem.

18 Sed postquā in affectione alicuius angelii vel in no-stri est actualiter velle facere aliquid in futuro. Alius an-gelus potest hoc præcognoscere inquantū potest cognoscere nostra affectionē vel alterius angelii, qualiter autē & quantū possit vnu angelus cognoscere affectionem alterius angelii vel nostram dicimus inferius dist. 3. q. 5.

19 Q̄z autē sunt iam præterita vel præsenta per libe. arb. diuinā facta & sunt supernaturalia (vt incarnatio) nō puto q̄ possint cognoscī ab angelo quid sunt vel an sunt nisi per reuelationē. Et est eadē ratio quæ prius, quia ratio nes talium nullo modo sunt in causis naturalibus, vnde nec christus agnitus est a demonibus nisi per reuelationē vel per aliquam coniecturā ex miraculis & operibus eius sumptā, quanvis enim cognoscerent humanitatem Christi, tamen quod ei esset vna diuinitas nescierunt per certitu-dinem. Quæ autem nō sunt supernaturalia sed infra na-turam (vt opera nostra) vel angelica cognoscuntur ab an-gelo per certitudinē ex eorū actuali præsenti. Cū enim talia sunt a nobis cognoscibilia per sensum & intellectū, multo fortius possunt cognoscī per angelum cuius cogni-tio vna exīstens perfectior est omni cognitione nostra tam sensitiva quam intellectiva.

20 Ex his patet qualiter sit intelligendū verbū Isidorū quod ponitur infra dist. 7. scilicet q̄ dæmones (& idē est de omnibus angelis) vigent triplici acuminē sc̄ienti, subtilitate nature, experientia temporū, reuelationē super-norum spirituum, subtilitate quidē etenim natura cognoscunt effectus in suis causis & causis in effectibus. Experi-entia vero temporū cognoscunt effectus præsentes qui in suis causis nullam præhabet determinationē vt sunt effec-tus nostri libe. arb. Per reuelationē autem cognoscunt effectus supernaturales.

21 Ad primum argumentum dicendum quod quodlibet singulare est secundum se finitū quanvis successio sin-gularium possit producere in infiniti accipiendo vnu post aliud, & ideo quodlibet singulare potest esse notū angelo. Et oīa singulare simul sumptā quia illa sunt finita. Sed ipsa successio singularium vt potens producere in infiniti nō est nota angelo, nisi sicut infinitū successus potest ei etus nostri libe. arb. videlicet, quid illud q̄ est acceptū est yet

Lib. II. Distinctio. III.

verè cognitū, quia illud est finitum & determinatum, sed illud quod refat accipendū est indeterminatum, quia quodcunq; dato adhuc possibile est dari aliud, & ideo indeterminate cognoscitur, & solum in generali, scilicet quod possibile est plus accipi. Et quia secundū hoc attendunt infinitas ideo infinitū secundū quod infinitū dicunt ignorari.

22 Ad secundū dicendum q; singularia futura quā non sunt secundū se præsentia angelo, sunt tamen ei præsenzia ratione cauſarū suarum naturalium in quibus præexistunt, & sic possunt ab angelo præcognosci.

23 A D tertium dicendum quod intentio Boëtii non fuit quod intellectus non possit cognoscere singularia, si cut & sensus, sed quod vniuersale non cognoscitur, nisi per solum intellectum.

QVÆSTIO OCTAVA.

Vtrum intellectus angelicus sit quandoq; in potentia.

Thos. i. q. 58. art. 1.

A D quartum sic proceditur. Et videtur quod intellectus angelicus sit quandoq; in potentia, quia continetur scire multa, intelligere vero vnum solum. 2. Topice, igitur angelus non simul omnia intelligit, ergo intelligendo vnumquodq; est simul in potentia ad intelligentiam alia.

2 Item intellectus qui non est quandoq; in potentia, sed semper in actu est actus purus, sed nullus actus est talis, nisi diuinus, quare &c.

3 C O N T R A . in omni natura intellectuā, quæ quādoque est in potentia quandoq; in actu est inuenire intellectum agentem & possibilem, sed in angelo non distina guimus hūos intellectus, quare &c.

4 R E S P O N S I O . Hæc quæstio, & illa qua queritur, An angelus simul omnia intelligat, quæ subfunt sue naturali cognitioni videtur mutuo se includere, & quasi vna questione esse. Et ideo notandum soluendo vtrancque questionē, q; cum potentia dicatur in habitudine ad actuū & actuū si duplex, scilicet primus & secundus, est etiā duplex potentia, scilicet ad actuū primū, & ad actuū secundū. actuū primū ut quidā dicunt, est forma intelligibilis vel species. Actus secundus est considerare. Ad actuū primū intellectus angelī nunquā est in potentia, quia illū gradum tenent angelī in spiritualibus substantiis quem tenent corpora celestia in corporalibus. Corpora autem celestia non sunt in potentia ad formam, quæ non sit completa per actuū, ergo nec potentia intellectuā angelī est, quæ non sit totaliter completa per formas intelligibiles. Ad actuū autem secundū, qui est considerare, est in eis potentia separata ab actuū, nō enim semper actuū cogitant omnia, quorū species habet. Sed potest angelus, quum sit substantia volēs & libera, vti vna specie, & non altera, ad intelligentiam vnum, & non aliud.

5 Hæc autem opinio ponit quod angelus intelligat per species, quod prius improbatum est. Et adhuc improbari potest communī ratione, quæ talis est. Sicut corpus non potest simul figurari diversis figuris, sic vt videtur, nec intellectus noster vel angelicus potest simul informari diversis speciesbus. Nec valet si quis dicat quod nō sunt ibi in actu simpliciter, nec simpliciter in inpotentia sed medio modo, s. in habitu quo modo nihil prohibet vltimes species esse in eodem, quia quantum ad actuū infortiā omnes species sunt simpliciter in actu sua intellectus confideret actu sua non.

6 Dicendum est ergo q; angelus sicut dictū est intelligit se & alia a se. Respectu autē sui semper est in actu secundo, quia vnumquodq; per hoc intelligitur quia præsens est intellectui, angelus autem semper sibi ipsi præsens est, quare &c. Et idem est de omnibus incorruptibilibus, quia semper sunt ei potentia. Respectu autem futuri, quæ dependet ex solis causis naturalibus angelus semper est in actu secundo, quia est talia nō sunt præsentia natura angelicæ secundum esse propriè existente, tamen ei præsentia sunt secundum esse quod habent in causa suis. Quia autem dependent ex libero arbitrio nostro vel angelī, dum futura sunt, nō sunt actu cognita ab angelo nisi forte per aliquā conjecturam. Dum autem sunt actu, cognoscuntur ab angelo, quia autem sunt supernaturalia, & ex sola voluntate Dei dependent, nec futura, nec præsentia cognoscuntur ab angelo, nisi per reuelationem, & horum omnium red.

Quæstio I.

ditæ rationes sunt in preced. quæst.

7 Emergit autem hic vna dubitatio: sicut enim unitas motus requirit unitatem termini, sic unitas operationis requirit unitatem obiecti, ergo non videtur possibile quod angelus uno actu & simul intelligere plura posse quod est contra ea quæ dicta sunt. Et dicendum q; cum intelligere fiat in nobis per hoc quod intelligibile fit præsens intellectui, & similiter in angelo, quā præsentiam iam facit nos situs, sed ordo sicut dictum fuit prius, omnia illa habet rationem vnius intelligibili, & uno actu intelligi possunt ab angelo, quæ sub uno ordine ei præsentari possunt. Omnia autem quæ cognoscit angelus naturaliter ea sub uno ordine, & in ordine ad vnum præsentantur eidem, videbilet in ordine ad essentiam suam, que talem gradum tenet in entibus, quod alia tam superiora quam inferiora sunt ei præsentes, vel in se, vel in causis suis. Et ideo possunt simili, & vno actu ab angelo cognosci.

8 P E R hoc patet ergo ad primū, sunt enim vniū intelligibile, quæ sub uno ordine continentur, & quæ habent ordinem ad vnum, qualia sunt omnia naturaliter intellecta ab angelo.

9 Ad secundū dicendum quod nullus intellectus nisi diuinus est, quin sit quandoq; in potentia ad intelligentiam aliquam (ea scilicet) quæ dependet ex libero arbitrio, & quæ sicutur per reuelationem,

DISTINCTIO IV.

Sententia huius distinctionis quartæ, in generali & speciali.

P OST hoc videndum est, &c. Superior ostendit Magister, quales creati sunt angelii quantum ad dona gratitudo. Hic ostendit quales creati sunt quātum dona perfecta. Et diuiditur in tres partes. Primo mouet questionem, Secundū solvit. Tertiū recapitulat determinata. Secunda incipit ibi. Ad hoc autem quod, Tertia, quales fuerunt angelii: Secunda istarum diuiditur in duas, secundum duas questiones quas solvit. Secunda ibi, dicitur namq; perfecta. Prima principialis diuiditur in tres. Primo solvit questionem quantum ad malos. Secundū quantum ad beatos opponendo & veritatem determinando. Tertiū concludit quantum ad vtrōque. Secunda, boni vero qui perficerunt. Tertia, Ex predictis consequitur. Hæc est diuisio in generali.

10 IN speciali sic procedit Magister: Et proponit primo querendo an angelii sint creati beati an miseri, perfecti an imperfecti. Deinde respondet ad primum, dicens quod angelii non fuerunt creati mali vel miseri, quia non statim peccauerūt. Misericordia autem peccatum consequitur, & qui peccauerunt, & qui cediderunt, non fuerunt creati beati, quia certitudinem euentus sui non habuerunt. Postea respondet quantum ad bonos opposens per Augustinum, quod boni sunt statim praesciunt, mali vero non. Sed Magister dictum quod Augustinus loquitur inquirendo, non assertendo. Ante peccatum enim nulla fuit discreta malorum angelorum a bonis, & ideo utriq; erant sui status incerti. Postea responderet quod illi qui corruerunt, nunquam boni fuerūt, nisi perfectione naturali. Illi vero qui perficerunt aut beati fuerunt in spe, quia aliquo modo beatitudinem praesciuerunt, aut incerti sui euentus, & tunc nec aliter quam alii erant beati, & hoc probabilius videtur. Deinde responderet ad secundam questionem, dicens quod triplex est perfectio, quædam secundum temporis, quædam secundum naturam, quædam vniuersaliter. Primam habuerunt in creatione, secundam in confirmatione, tertiam vero solitus Dei est. ideo quoad aliquid fuerunt perfecti, quoad aliquid imperfecti. Ultimum recapitulando concludit ea quæ dicta sunt.

QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum angelii fuerunt creati beati, an miseri.

Thos. i. q. 58. art. 2.

11 In hac distinctione agitur de statu in quo fuerint creati angelii, circa quam queruntur tria. Primum est, vtrum creati fuerint beati an miseri. Et videtur quod fuerint creati beati, quia essentia beatitudinis in Dei visione consistit, Ioan. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te, &c.

Sed